PRO SEX• ROSCIO

Amerino M. TVLLII Ciceronis Oratio, cum F. Syluii Ambiani Commentariis.



Vęnundatur Iodoco Badio, ſub Gratia & Priuilegio in calce ęxplicandis.

Reuerendo in Chriſto Patri Ioanni Burſæ
D. Fuſciani Abbati, Franciſcus Syluius S.

PErmagna animi in me tui beneuolentia Reuerende Pater mihi proxime ſpectata eſt, quũ cauſa mea ad ſacrum, quod frater meus primũ facturus erat, non modò ipſe adueneris, ſed virum integerrimũ, tibi amiciſſimũ Natalem Hoſpitem D. Martini apud Ambianos Abbatem Ludouicũ Meſſerium tuũ, alióſque permultos graues viros tecum adduxeris, quo id ſacrum fieret celebratius: quum inde me primum in cœnobium tuum, deinde Ambianos abduxiſti, meque per multos dies hilariorem in modum, quàm ſalua mea frons pateretur, accepiſti: quum in Hoſpitis gratiã ita me inſinuaſti, vt illi me non minus quàm tibi iucundum ſentiam: quum vtrunque parentem meum non minus charos habeas, quam ipſe habeam, cui ſunt omnino chariſſimi. Iſtam gratiam quãuis referre non poſſim, habere tamen me vt oſtendam neceſſe eſt. Quos igitur Commentarios in orationem M. Tullii Ciceronis pro Sex. Roſcio Amerino ſcripſimus nouiſſime, eos nomini tuo nuncupo, non vt habeas vbi literas diſcas, vt Plancus Burſa, de quo ad Dolabellam Cicero ſcribit, ſed quibus legendis animũ tuum oblectes. Vale Pariſiis ex ſchola Tornaca, XV. die Septemb. Anno M. D. XXX.

In orationem M. Tullii Ciceronis pro Sexto Roſcio Amerino Argumentum per F. Syluium.

SEx. Roſcius Amerinorum vt nobiliſſimus ita locupletiſſimus fuit. Eum a cœna redeuntem T. Roſcius Magnus, cum quo ei veteres inimicitiæ erant, ad balneas Palatinas Romæ hora noctis prima occidit. T. Roſcius Capito, qui Ameriæ erat, eadem nocte huius cædis factus certior L. Cornelio Chryſogono, qui in caſtris L. Syllæ ad Volaterras erat, hoc factum nunciat. Chryſogonus de L. Sylla paruo emit ampliſſima bona Sex. Roſcii, tanquàm proſcripti. Eorum tria prædia dat Capitoni: in reliqua T. Magnus Chryſogoni nomine impetum facit. Quo autem his bonis pacatius & certius fruerentur, quærunt occaſionem occidendi Sex. Roſcii filii. Is bonis omnibus ſpoliatus ab Ameria Romam confugit. Hi erepta ſibi occaſione huius occidendi crimen confingunt. C. Erucio eum tradunt àccuſandum quòd patrem occiderit. Erucius, vt crimen veriſimile faciat Sex. Roſcium patri odioſum, eumque odii cauſa a patre ad colenda prædia relegatum fuiſſe: & patrem in animo habuiſſe, vt hunc exhæredaret, eam ob rem ab eo patrem occiſum eſſe dicit. Cicero hæc omnia refutat, docetque Erucium in accuſando negligentem fuiſſe, quòd metu Chryſogoni neminem fore putaret, qui Roſcium defendere auderet. Nam pluribus argumentis parricidium Erucius probare debuit, quod vix in quoquàm credi poſſit, quòd ſit contra naturam: ideo Solon legiſlator ſupplicia nulla parricidis conſtituerit, quód parricidam fore non putauerit. Nec igitur cauſam cur patrem Roſcius occiderit, nec quomodo occiderit Erucius dicere potuit. Dicit itaque Cicero Iudicibus dubium eſſe non debere, quin Roſcius non a filio occiſus ſit, ſed Magni Capitonis & Chryſogoni fraude & conſilio. Nam Roſcii cæde filius omnibus bonis ſpoliatus eſt, hi autem locupletati ſunt maxime. Huius cædis Magnum fuiſſe authorem docet, quòd pauper auarus audax inimicus Sex. Roſcii fuerit. Roſcii Capitonis vitia dicit, vt ad eum quoque cædis ſuſpicio pertineat, vtque a dicendo teſtimonio arceatur. Roſciorum Magni & Capitonis opera Chryſognum de hac cæde certiorem factum, ipſumque Capitonem feciſſe, vt qui ſecum legati ab Amerinis miſſi ad Syllam erãt, vt de rei indignitate quererentur, inorata re Ameriam redierint oſtendit. Suſpitione cædis implet Chryſogonum, quòd noluerit Sex. Roſcii ſeruos in quęſtionem dari, quòd apud ſe in permagno honore habuerit. Chryſogonum ſectorem bonorum Sex. Roſcii arguit, docetque ea bona iniuſte veniſſe, eaque omnia L. Sylla neſciente a Chryſogono facta. Quæ contra Chryſogonum dicit, negat ſe Roſcii iuſſu dixiſſe. In concluſione Iudices flectit ad miſericordiã. Cauſa iudicialis eſt. Status qualitatis. In hac cauſa Cicero facit, vt in accuſato-

res crimen obiectum reo retorqueat. Vt pro Cluentio accuſatores dixerant a Cluentio corruptos eſſe Iudices: ab Oppianico non a Cluentio id factum oſtendit. A Milone factas Clodio inſidias accuſatores dixerunt: a Clodio Miloni factas eſſe Cicero probauit. Hanc Sex. Roſcii cauſam quum metu Syllæ nullus ſuſcipere auderet, omni patrocinio deſtitutus Roſcius ad Ciceronem confugit. Eum hortati amici ſunt, vt eam cauſam ſuſciperet. negabant enim eum quicquàm ad primum nominis ſplendorem inuenturum commodius. Suſcepto igitur patrocinio victoriam cum ſumma laude nactus eſt. Id Cicero ſignificat in libro de Officiis ſecundo, Maxime, inquit, & gloria capitur defenſionibus & gratia paritur: eoque maior, ſiquando accidit, vt ei ſubueniatur, qui potentis alicuius opibus circũueniri vrgerique videatur. vt nos ſæpe alias, & adoleſcentes contra L. Syllæ dominantis opes pro Sex. Roſcio Amerino fecimus. Quæ, vt ſcis, extat oratio. Idem in libro de Claris Oratoribus, Prima, inquit, cauſa publica pro Sex. Roſcio dicta tantum commendationis habuit, vt non vlla eſſet, quæ non noſtro digna patrocinio videretur. Cicero metuẽs Syllam, quem in hac cauſa offenderat, ſimulata valetudinis cauſa in Græciã & in Aſiam abiit, vt in eius vita Plutarchus ſcribit. Qua ætate Cicero hãc cauſam egerit eſt apud A. Gellium, capite xxviii. libri xv.

TABELLA SERIE literaria eorũ quę in ſequẽti opere viſa ſunt adnotatu digniſſima.

A.

Accipias in partẽ bonam.xvii.
Accuſatores. ii.
Accuſationis & defenſionis dies. v.
Accuſatorum vtilitas. fo.xx.
Actum eſt.li.
Adeſſe quid ſit.i.
Adeſt pręſens.i.
Adiutor & impulſor.iii.
Adminiſter. xxviii. & fo. xxix.
Adoleſcens.xxiiii.
Æs Corinthium.xlvi.
Æs Deliacum.xlvi.
Africanus.xxxvi.
Agri quondam q̃ nunc foecundiores.xix.
Agriculturæ laus. xvi. &.xvii.
Agricolarũ laus. xxviii.
Alcmæon.xxv.
Alienus. xxxii.
Amandare.xvi.xvii.
Ameria. vi.viii.
Amicitia & fides duę res ſanctiſſimæ.xxxix.
Amittere vitam & valetudinem.xiii.
Amittere.liii.
Animaduertenda peccata.xl.
Anſerum cibaria. xxi.
Antiſtius. xxxiii.
Antiqui homines. x. & iterum fo.xi.
Appromittere ſeu Adpromittere. xi.
Argumenti comici cauſa.xvii.
Aridus victus.xxviii.
Aridus homo.xxviii.
Aſtus. xvi.
Attilius Seranus. 18. 19.
Auctio .x.
Aucupari tempus.ix.
Audacia prorupta & proiecta. vi.
Audacia violat omnia etiam ſanctiſſima.xxv.
Audaciter.xxxvii.
Audire nuncium.xlv.
Autumedon.xxxv.

B.

Balneæ Palatinę.7.
Belluarũ feritas in figura hominis.24
Beſtiæ.xxiiii.
Bonitas prędiorũ.viii.

C.

Cæcilia Metelli filia fo.xii.
Cæcilia Balearici filia.l.
Canes multi nihil obſunt, vbi multi ſunt obſeruandi.xxxii.
Canum officium.xx.
Capere ſomnũ.xxiiii.
Capere coniecturam & conſilium.xxxv.
Capillus delibutus. xlvi.
Capillus dicitur potius q̃ capilli.xlvii.
Carbo.xxxiii.
Caſſiani iudices. xxx.31.
Caſſianũ dictum. xxxi.
Caſſius.xxxi.
Cauere inimicitias ſociũ & proditorem?.vii.
Cauſam recipere.ii.
Cauſam dicere. ii.
Cibaria hominũ & anſerum.xxi.
Cibarius panis. xxi.
Cicero dat cauſam cur ipſe pro Roſcio Amerino dicat.ſ.i. in principio.
Ciſium.vii.viii.
Clementiſſimus ab innocentia.xxx.
Cloelius. xxiii.
Cœlum pro aere. xxvi.
Coire ſocietatem. ix.xli.
Coitur ſocietas.viii.
Commentari.xxx.
Comici argumenti cauſa.xvii.
Committere iudiciũ. v.
Committere.lii.
Comparant accuſatores pecunia.xii.
Componere.xiiii
Conclaue.xxiiii.
Concreditus. xxxix.
Conferre ſuſpicionem & inuidiam.xxxvi.
Confiteri de peccatis.folio.xlii.
Conſcientia mala.xxv.
Conſilium publicum. li.
Conſuetudinis quanta ſit vis.lii.

Conſtituere victoriã pacem & rẽpublicã. vii.
Conſumere operã. xvii.
Corinthia vaſa. xlv.46.
Continere vitæ.ix.
Corinthium æs, xlvi.
Creabatur periculum. fo.xxx.xxxi.
Creare & facere magiſtratum. xlviii.
Criminoſe.xxi.
Cupiditas in re bona & laudabili.vi.

D.

DAmnũ incurrere fo.iii.
Dare occidendũ. fo.xxvii.
Decidere.xl.
Dedita opera. xxxvii.
Deiicere de ponte.xxxv.
De improuiſo.lii.
Deliaca vaſa.xlv. xlvi.
Deliacum æs.xlvi.
Delibutus capillus. xlvi. &.xlvii.
Demittere.v.
Depeciſci.xxxix.
De ponte deiicere.xxxv.
De ponte deiicere ſexagenarios.xxxvi.
Derogare.xxxii.
Deſpicere.ix.
Deſtituere.xli.
Dicere cauſam.ii.
Dies accuſationis & defenſionis.v.
Diei & noctis horæ duodecim.viii.
Dii penates.x.
Diluculo primo.viii.
Doceo de rebus. xi.
Dubitatur paſſiue.xlii.
Ducere ſpiritum. xlv.

E.

EFfundere pecuniã fo.iii.
Ementiri. 43. 44.
Emere de ſectoribus. ii.
Equites iudices. xlviii.
Eſſe in bonis. xxxviii.
Euertere hominem, xli.
Excipere.lii.
Eximere nomen de tabulis.xi.
Exiſto.xxvii.
Explere odium, famẽ, libidinem.li.
Exprobrare.xvii.
Extrema ratio.xlv.

F.

FAcere & creare magiſtratum. xlviii.
Felix cur Sylla. x.
Ferre pro accipere & ferre fructum.xxxviii.
Fides & amicitia, duę res ſanctiſſimæ. xxxix.
Fides in vtrãq; partem & bonã & malã.xxxix.
Fides vicaria. xxxix.
Fimbria.xiii.
Fraudare in re bona & honeſta.xlix.
Frequens. vii.
Fructus.xxxii.
Fœminarum nomina vnde ſumebãtur apud Romanos. xii.
Fundus.xlvi.

G.

GRatis peccare ꝗ dicantur. xxvii.
Grex & Grex hominũ.xxxii.

H.

HAbeo dicere &c. fo.xxxvi.
Habere honorem fo.xlvii.
Hyperbole.ix.
Homines poſtremi. 48.
Honoris cauſa nomino &c.ii.
Horæ diei duodecim, & totidem noctis.viii.

I.

ILludere dignitati.xix
Illudo dignitati, dignitatem, in dignitatem & dignitate.xx.
Imperatorum in acie mos. li.
Improuiſo.lii.
Impulſor & adiutor.iii.
In bonam partem accipias. xvii.
Incurrere in damnum &c.iii.
Indidem.xxvii.& xxviii.
Inducere animum & in animũ. xx.
Infantes pueri. liii.
Infinitiuus modus pro indicatiuo modo poſitus.xxxix.
Inire conuiuiũ.xx.
In mentem venit dicere fo.xlii.
Inorata res. xi.

Inopes.ix.
Inſidias ponere.xxxv.
Inſolentia.xxxii.
Intelligentia.xviii.
Intendere & intentare periculum. iii.
Intereſſe in cõuiuio. xvi.
Internoſcere. xxi.
Interuallo longo. v.
Inuadere pecuniam.iii.
Iudices conſtituti Senatores. ii.
Iudices ſoli Senatores.4.
Iudex ſeuerus. iiii.
Iudices equites. xlviii.
Iuppiter optimus maximus. xlv.
Iuſta. x.
Iuſtitia.xxviii.
Iuuenis.xxiiii.

L.

LAborare ex inuidia.l.
Lacus Seruilius. fo. xxxiii.
Laniſta.viii.
Latrant oratores.xxxiii.
Legatorũ numerus quãtus ſit. xi.
Legatio eſt res ſancta. xl
Lecticarii. xlvi.
Lemniſcatus. xxxv.
Lemniſci. xxxvi.
Lex Reminia. xx.
Lex Valeria & plurium legum nomina. xliiii.
Liberi patronorum nomine appellati .ii.
L. Sylla felix. x.
Luctu perditus.ix.

M.

MAgiſtratum facere & creare. 48
Mali puniẽdi. 21.
Malleolus primus in culeum ob matricidium inſutus.xxvi.
Manceps. ix.
Mandati iudiciũ.xxxviii
Mandati obligatio.39.
Manubię. xxxvii.&.38.
M.Meſſala. li.
Marianorum in ciues impietas.vi.
Marius. xxxiii.
Meminiſtis diſtribuiſſe. fo. xlii.
Mercede, vna res duas &c..xxix.
Metire a te.iiii.
Miſſa faciam.xlv.
Mortem offerre. xv.
Munitare.xlviii.

N.

NArrandũ quando ſit patrono. vi.
Narratio quibus modis fiat credibilis.7.
Naſci patre & ex patre. fo.xvii.
Negocio nullo. ix.
Nequitię officina.xlvi.
Nobilitas experrecta. 48.
Nomino honoris cauſa. &c. ii.
Nothus.xvii.
Nox reipublicæ offuſa. fo.xxxiii.
Noxa & Noxia.xxiii.
Nulluſq;.xxxv.
Numeralium nominum ratio. viii. bis.
Numeralibus additę particulæ, plus, amplius, & magis.xv.
Nũcius volucer. xxxvii.
Nuſq̃q;.xxxv.

O.

OFferre alicui mortem.xv.
Officina nequitiæ.xlvii.
Officina eloquentiæ. 47.
Officium. xvi.
Operam cõſumere. xvii.
Operarii. xliii.
Opifices.xliii.
Opima præda. liii.
Os pro audacia & impudentia. xxxii.

P.

PAcẽ conſtituere. 7.
Paciſci.xl.
Palma pro certamine accipitur. vii.
Palmarium. viii.
Panis cibarius.xxi.
Parricidii immanitas & ſupplicium.xiiii.
Parricidarũ pœna.25. 26.
Patris in filios poteſtas. fo.xvi.
Patres familiæ.xvii.
Patronorum nomine appellati liberi. ii.
Patronus teſtis.xxxvi.
Peccare gratis.xxvii.
Pecunia quæ ſit. ii.
Pecuniam inuadere. iiii.
Pecuniam proiicere.iiii.

Pecuniam effundere & profundere. iii.
Penates dii.x.
Percuſſores.xxxiii.
Perditus luctu.ix.
Perfundere iudicio.29.
Periculum intendere & intentare.iii.
Perſtringere.xxxiii.
Plus, amplius, & magis addita numeralibus. xv
Ponere inſidias. xxxv.
Poſſe &c. ii.
Poſtremi homines. 48.
Procraſtinare. xi. & iterum fo.xii.
Proiicere pecuniam.iii.
Propria prędia. ix.
Præda opima.iiii.
Præda. xxxviii.
Prędiorū bonitas. viii.
Prædia propria. ix.
Præditus crudelitate & ſimilibus. li.
Præeſſe quęſtioni. v.
Proditorem cauere.vii.
Profligare.xv.
Profundere pecuniā .iii.
Prorupta & proiecta audacia.vi.
Putare ſuſpicionem & rationem.xxxviii.
Puer. xxiii.
QVatriduo quo. 8.
Quanti poſt tātidem. xl.
Quæro abs te.xxvii.
Quæſo, Quæſo te, & Queſo a te. iiii.
Quæſtioni præeſſe.v.
Queſtus. xxxii.
Quintius. xxxiii.
Qui ſim &c. ii.
REcipere cauſam.ii.
Recipere telū. 14.
Recipere pro promittere.xl.
Rediuia.xlv.
Remmia lex.xx.
Remp.conſtituere. vii.
Repetit a me crimē. 29.
Reſpirare libere.ix.
Reum dedere libidini accuſatoris.iiii.
SAluo officio & Salua fide.ii.
Sat pro ſatis. xxxiii.
Scæuolæ laus. xiii.
Scæuolæ mors. xlii.
Sectores & de ſectoribus emere.ii.
Sectores.xxix.
Sector collorum & bonorum. xxx.
Sectores iterum. xliii.
Sedere. xix.
Senatores iudices. ii. & ſoli Senatores.iiii.
Seruilius lacus. xxxiii.
Seuerus iudex. xli.
Sexagenarios deiicere de ponte.xxxvi.
Sicarii.iiii.
Si diis placet. xxxvii.
Significare. xx.
Sylla felix. x.
Sis pro ſi vis.xvii.
Sis cū imperatiuo.xviii.
Societatē coire.xli.
Socii fides & pro ſocio iudicium.xl.
Solitudo.ix.
Solon legiſlator. xxv.
Spectatiſſima & lectiſſima mulier.l.
Spurius.xvii.
Stragula veſtis. xlvi.
Subſellia.vi.
TAngit Tyberim.9
Tantidē quāti. xl.
Tantulo venierūt. fo.xlv.
Tarracina.xxiiii.
Telum recipere. xiiii.
Temere.xxiii.
Tempus aucupari.ix.
Tenuis. xxxi.
Terror quēq; ſuus agitat fo.xxiiii.
Teſtiū interrogatio.xxx
Teſtis patronus. xxxvi.
Teſtis productus de domo accuſatoris.xxxvii
Tranſigere. xl.
Tribulis & Cōtribulis.18
Tumultus. vii.
VAſa Corinthia & deliaca.45.46
Vicaria fides.39.
Victoriam cōſtituere.vii.
Vita attenta.xvi.
Vetus in vtrāq; partē & bonam & malam. viii.
Volaterræ.viii.
Volucer nūcius.xxxvii.
Volumen. xxxvi.
Vulgo concepti.xvii.
Vulnus. xxxiii.

FINIS.

M.TVLLII CICERONIS PRO SEX.ROSCIO AMERINO ORATIO·

CREDO Ego vos Iudices mirari,quid ſit,ꝙ cū tot ſummi oratores hominéſqꝫ nobiliſſimi ſe- deāt,ego potiſſimum ſurrexerim:qui neqꝫ ęta te,neqꝫ ingenio,neqꝫ auctoritate ſim cū his q ſedeant,cōparandus.Omnes enim hi,quos vi- detis adeſſe in hac cauſa ,iniuriā nouo ſcelere cōflatā putant oportere defendi,defendere ipſi,propter iniquitatem tempo- rum non audent.ita fit,vt adſint propterea, ꝙ officiū ſequun tur:taceāt autē idcirco,quia periculū metuūt.Quid ergo?au- daciſſimus ego ex omnibus?minime. Cur ipſe dicat.

F.Syluij Ambiani in eandem Commentarij.

CRedo ego vos mirari) Prolepſis eſt. De qua Quintilianus lib. quarto de ex- ordio præcipiens,Non inutilis,inquit,ratio occupandi eſt,quæ vidētur obſta- re.Vt Cicero dicit ſcire ſe mirari quoſdam,quòd is,qui per tot annos defen- derit multos,lęſerit neminem,ad accuſandum Verrē deſcenderit. Deinde oſtendit hanc ipſam ſociorum defenſionem eſſe.Quod ſchema prolepſis dicitur.Hęc ille.Hu ius autem exordij initiū perſimile eſt initio Diuinationis, quod modo Quintil.ci- tabat. Surrexerim) Orator enim ſtans dicebat , & Iudex ſedēs pronunciabat, vt alio loco ſcripſimūs. Neqꝫ ętate &c.)Hæc in oratore plurimū habēt momenti ætas ingenium authoritas.Horum vero maximū authoritas eſt , quam oratori neceſſa- riam eſſe multis in locis Quintilianus ſcribit.Sed ætas vt ingenium & authoritas exiſtimāda non eſt. hęc eñ quo maiora ſunt,eo ſunt efficaciora. Senectus vero ora- tori apta admodū non eſt, vt ſcribimus in Commētarijs in Catonē Maiorē Cicero nis. Aetas igitur quę aptior ſit,eſt quæ Ciceroni cōſtans & corroborata,quę virilis vulgo dicit̃. Cū his qui ſedeāt)in ſubſellijs.Nouo).i.inaudito & magno. Cōflatā) .i.inuētā & machinatā. Adſint).i.pręſentes ſint,quāuis alioqui adeſſe pro patroci- nari ſæpe dicat̃.Licet etiā dicere,adeſt pręſens. vt pro domo ſua, Adeſt præſens vir ſingulari virtute cōſtātia grauitate prędirus M.Bibulus.Sequūtur).i.faciūt. Quid ergo &c.)Ratiocinatio eſt.Se enim interrogat,deinde rationem reddit. Audaciſſi- mus ex omnibus)Id dicitur,vt audaciſſimus omnium.vt multi ex ſocijs, & multi ſociorum.Ea autem eſt,quæ a grammaticis partitio dicitur. Adeſſe. Adeſt pręſens.

At tanto officioſior quàm cæteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, vt aliis eam præreptam velim. Quæ me igitur res præter cæteros impulit, vt cauſam Sex. Roſcii reciperem? quia ſi quis iſtorum dixiſſet, quos videtis adeſſe, in quibus ſumma auctoritas eſt atque amplitudo, ſi verbum de Repub. feciſſet, id quod in hac cauſa fieri neceſſe eſt, multo plura dixiſſe, quàm dixiſſet, putaretur. Ego etiam ſi omnia quæ dicenda ſunt, libere dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. Deinde quòd cæterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem, & amplitudinem: neque temere dicto concedi propter ætatem & prudentiam. Ego ſiquid liberius dixero, vel occultum eſſe propterea, quòd nondum ad rempublicam acceſſi, vel ignoſci adoleſcentiæ meæ poterit. tametſi non modò ignoſcendi ratio, verum etiam cognoſcendi conſuetudo iam de ciuitate ſublata eſt. Accedit illa quoque cauſa, quòd a cæteris forſitan ita petitum ſit vt dicerent, vt vtrumuis ſaluo officio ſe facere poſſe arbitrarentur: à me autem ii contenderunt, qui apud me, & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum poſſunt: quorum ego neque beneuolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere debeam. His de cauſis ego huic cauſæ patronus extiti, non electus vnus, qui maximo ingenio: ſed relictus ex omnibus, qui minimo periculo poſſem dicere: neque vti ſatis firmo præſidio defenſus Sex. Roſcius, verum vti ne omnino deſertus eſſet. Forſitan quæratis qui iſte terror ſit, & quæ tanta formido, quæ tot.

ac taleis viros impediat, quò minus pro capite & fortunis alterius, quemadmodum conſueuerunt, cauſam velint dicere. quod adhuc vos ignorare non mirum eſt, propterea ꝙ conſulto ab accuſatoribus, eius rei quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta non eſt.

At tanto) legendum puto An tanto, niſi ſibi facit obiectionem, quaſi ſub perſona aliena. Vt ſit, At ſup. dicet quiſpiam, ſi non es audaciſſimus, tu es tanto officioſior quàm cæteri ſup. oratores ſunt. Vbi comparatiuus comparatiue tentus bene inter plura duobus reſpicit. Vt cauſam reciperem) Recipit cauſam patronus, tum eam ſuſcipit defendendam. de quo verbo ſcribimus pro A. Cluentio. Similiter) atque oratio iſtorum. Temere) id eſt imprudenter. Concedi) id eſt ignoſci. Occultum eſſe) Hominum dicta aut facta perinde clara ſunt aut obſcura, vt eorum fortuna eſt. Nondum ad Rempub. acceſſi) id eſt nullum adhuc magiſtratum geſſi. Ignoſci adoleſcentiæ) Adoleſcentes non ſunt ſapientes: ſi quid igitur errant, imprudenter errant, quocirca ijs ignoſcendum eſt. Cognoſcendi) id eſt iudicandi. L. enim Sylla rerum potitus iudicandi poteſtatem equitibus Rom. ſuſtulit, eamque paulo ante huius cauſæ actionem Senatoribus tradidit. Nec plane traditum ſignificat. A cæteris) oratoribus. Vt dicerent) pro Sexto Roſcio. Vtrumuis facere) id eſt dicere vel non dicere. Saluo officio) Vt paulo poſt dicit, Quod ſalua fide poſſim. Contenderunt) id eſt contente & inſtanter petiuerunt. In qua re hoc verbum a Cicerone perſæpe dici alio loco docuimus. Ad finem huius orationis Cicero hanc ſibi cauſam a M. Meſſala traditam dicit. Poſſunt) id eſt poteſtatem habent, & vt vulgo dicunt, habent poteſtatem imperandi. Beneuolentiam ignorare) quod ingrati eſt. Oſtendit non licuiſſe ſibi, vt recuſaret ne Roſcium defenderet. Authoritatem aſpernari) quod arrogantis atque diſſoluti hominis eſt. Voluntatem negligere) quod inimici eſt. Extiti) id eſt ſurrexi. Forſitan quæratis) Alia prolepſis eſt. Qui ſit) vt, Sed tamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis. Itemque, Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim quæris Alexi. Cauſam dicere) id eſt orare. Alioqui reus cauſam dicit. Ab accuſatoribus) Quamuis C. Erucius ſolus accuſauerit, accuſatores tamen appellat eos qui accuſatorem ſollicitent, eique probationes ſubminiſtrent. Vt pro Cluentio accuſatores ſæpe appellat T. Actium & Oppianicum, quamuis Actius ſolus verba fecerit. Conflauit hoc iudicium) id eſt hanc cauſam machinata eſt & fecit.

Recipere cauſam.

Iudices ſenatores.

Saluo officio & ſalua fide.

Poſſe.

Qui ſim &c.

Cauſam dicere.

Accuſatores.

Quæ res ea eſt: bona patris huiuſce Sex. Roſcii, quę ſunt ſexagies, quę de viro clariſſimo & fortiſſimo L. Sylla, quem honoris cauſa nomino, duobus milibus numûm ſeſe dicit emiſſe adoleſcens vel potentiſſimus hoc tempore noſtræ ciuitatis L. Cornelius Chryſogonus. Is à vobis Iudices hoc poſtulat, vt quoniã in alienam pecuniam tam plenam atq; præclaram nullo iure inuaſerit, quoniáq; ei pecuniæ vita Sex. Roſcii obſtare atq; officere videatur, deleatis ex animo ſuo ſuſpitionẽ omnem, metũq; tollatis: ſeſe hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimoniũ tam amplum & copioſum poſſe obtinere: damnato & eiecto, ſperat ſe poſſe quod adeptus eſt per ſcelus, id per luxuriam effundere atq; cõſumere. Hũc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctéſq; ſtimulat ac pungit, vt euellatis poſtulat, vt ad hanc ſuam prædam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Si vobis æqua & honeſta poſtulatio videtur Iudices, ego contrà breuem poſtulationem affero, &(quomodo mihi perſuadeo)aliquanto æquiorem.

Quæ ſunt ſexagies) id eſt, quæ valent ſexagies centena millia ſeſtertium. quę valent cẽtum quinquaginta millia aureorum, vt ex Aſſe Budæi collegimus. Duobus millibus numum) id eſt quinquaginta aureis. vt ſinguli aurei valeant. xl. numos. Quem honoris cauſa nomino) vt virum honeſtiſſimum. De hoc dicendi genere alibi ſcripſimus. Emiſſe de viro) Vt emere de ſectoribus, & emere de A. Rupilio dixit pro A. Cluentio: & pro L. Flacco, mercatus de pupillo. Vel potentiſſimus) Inuidiam Chryſogono facit. L. Cornelius Chryſogonus) L. Cornelius nomine L. Cornelij Syllæ, cuius libertus erat, appellatus eſt. Libertos enim patronorum nomine appellari morem fuiſſe Romæ alibi ſcribimus. Pecuniam) Pecuniæ ſignificatio ad ea refertur, quæ in patrimonio noſtro ſunt, vt ait Paulus Iuriſconſul. libro Digeſtorum quinquageſimo, titulo de verborum & rerum ſignificatione. Authore Vlpiano eodem in loco, pecuniæ verbum non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum etiam omnem omnino pecuniam, id eſt omnia corpora. Nam corpora quæcunque pecuniæ appellatione contineri nemo eſt qui ignoret. Hermogene eodem in loco authore pecuniæ nomine non ſolum:

Honoris cauſa nomino. Emere de ſectoribus. Liberti patronorum nomine appellati. Pecunia quæ ſit.

n̄umerata pecunia, ſed omnes res tam ſolidę quàm mobiles, & tam corpora q̃
iura continentur. Tam plenam) id eſt tam copioſam, tam abundantem. Tam
præclaram) id eſt tam eximiam, tam egregiam, tam opimam. Vt paulo poſt dicit,
Opimam pręclaramque prædam. Nullo iure) id eſt iniuſte. In alienam pecuni-
am inuaſerit) id eſt alienam pecuniam per vim eripuerit & occupauerit. Vt paulo poſt, Accuſant ij qui in fortunas huius inuaſerunt. Incurrere in damnum Cice- ro dicit pro M. Cælio in eandem rem, Ne incurrat, inquit, in alterius damnum atque famam. Ei pecuniæ vita Sex. Roſcij obſtare atq; officere videatur) Quo mi- nus ea Chryſogonus ex animi ſententia fruatur. Poſtulat deleatis) Hoc aliquan-
Inuadere in pecuniam. Incurrere in damnū.

do facit Cicero, vt fingat aduerſarium poſtulare aut dicere quid ipſe aduerſarius
ſentiat, quod eius cauſæ contrarium ſit: quę ſit veluti quędam criminis confeſſio,
vt contra poſtulat ipſe aut dicit, quod pro cauſa ſua ſit. Vt pro A. Cluentio, Accu-
ſator Cluentius dicit hæc, Primum, prauiſſimis criminibus accuſabam, vt nihil
opus eſſet pe unia. Deinde condemnatum adducebam, vt ne eripi quidem pe-
cunia poſſet. Poſtremo etiam ſi abſolutus eſſet, mearum tamen omnium fortu-
narum ſtatus incolumis maneret. Quid contra reus Oppianicus? Primum ipſam
multitudinem & atrocitatem criminum pertimeſcebam. Deinde Fabritijs pro-
pter conſcientiam mei ſceleris condemnatis, me eſſe condemnatum ſentiebam.
Poſtremo in eum caſum veneram, vt omnis fortunarum mearum ſtatus vnius
iudicij periculo contineretur. Deleatis ex animo ſuo &c.) Id autem facietis, ſi
Sex. Roſcium damnaueritis. Hoc incolumi) id eſt Sex. Roſcio non condemna-
to. Copioſum) id eſt opulentum: a copijs, id eſt diuitijs. de qua voce alio loco ſcri-
pſimus. Eiecto) Non quidem in exilium, ea enim parricidij pœna non eſt: ſed in
fluuium. Effundere) id eſt temere & large expendere. Inde effuſiones pecuniarum Cicero dicit in libro de Officijs ſecundo, Quanto, inquit, Ariſtoteles grauius & verius nos reprehendit, qui has effuſiones pecuniarum non admiremur. Eſt igi-
Effundere pecuniam.

tur effundere, large & prodige inſumere & dare, quaſi non numerando nec penden-
do, ſed effundendo conſumere. Vt pro M. Cęlio, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne
ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur. Inde large & ef-
fuſe donare paulo poſt dicet Cicero. In eadem re profundere pecunias dicit in lib. de Officijs ſecundo, Prodigi qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum munerí- bus, ludorum venationumq; apparatu pecunias profundunt in eas res, quarũ me-
Profundere pecuniã.

moriã aut breuẽ aut nullam ſunt relicturi omnino. In eãdem fere rem illud eſt in
eodem libro, Periclem principem Gręcię vituperabat, qui tantam pecuniã in prę- clara illa Propylea proiecit. Per luxuriã) largiendo, potãdo, ſcortãdo. Eſt autem lu- xuria ſuperuacanea rerũ abundantia & ſumptus. Cui cõtraria frugalitas eſt. Ad- iutores) Impulſorem in mala re, adiutorem in bona dici Donatus in Terentium ſcribit. Quæ differentia perpetua non eſt, ſed adiutor in mala re dicitur ſępius q̃ in bona impulſor. Adiutores vos profiteamini) Aduerſarium iudicibus in odiũ
adducit, quòd ijs ad maleficium vti velit.
Proijcere pecuniam. Adiutor. Impulſor.

Primum à Chryſogono peto, vt pecunia fortuniſq; noſtris contentus ſit, ſanguinem & vitam ne petat. Deinde à vobis iudices, vt audacium ſceleri reſiſtatis, innocentium calamitatem leuetis, & in cauſa Sex. Roſcii, periculũ quod in omnes intenditur, propulſetis. Q; ſi aut cauſa criminis, aut facti ſuſpitio, aut quęlibet deniq; vel minima res reperietur, quamobrem videantur illi nonnihil tamen in deferendo nomine ſecuti: poſtremo ſi pręter eam prędam, quã dixi, quicq̃ aliud cauſę inueneritis, non recuſamus quin illorum libidini Sex. Roſcii vita dedatur: ſin aliud agitur nihil, niſi vt iis ne quid deſit, quibus ſatis nihil eſt, ſi hoc ſolum hoc tempore pugnatur, vt ad illam opimam præclarãq; prędam damnatio Sex. Roſcii velut cumulus accedat, nonne cum multa indigna, tum vel hoc indigniſſimum eſt, vos idoneos habitos, per quorum ſententias, iuſq; iurandum id aſſequantur, quod antea ipſi ſcelere & ferro aſſequi conſuerunt? qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſeueritatem, ab his hoc poſtulare homines ſicarios atq; gladiatores, non modò vt ſupplicia vitent, quæ à vobis pro maleficiis ſuis metuere atque horrere debent, verum etiam vt ſpoliis Sex. Roſcii hoc iudicio ornati auctiq; diſcedant? His de rebus tantis, tãmq; atrocibus, neq; ſatis me commode dicere, neq; ſatis grauiter conqueri, neque ſatis libere vociferari poſſe, intelligo. Nam commoditati ingenium, grauitati ętas, libertati tempora ſunt impedimẽto.

Intendere periculũ. & Intentare.

Vt pecunia fortuniſq;) Hoc valet ad mouendos affectus. Periculum, quod in omnes intenditur) Hoc iudicium ad Remp. pertinere, nec id ſolum petere accuſatores vt Roſcius damnetur, ſignificat: quod amplius poſtea oſtendet. In omnes intenditur) id eſt proponitur. Videtur trãſlatio ducta ab ijs qui retia tendũt. Ea enĩ

In feras aut in aues intẽdũt. Niſi a gladiatoribus aut a minãtibus potius ducta eſt,
qui in aduerſarium gladium aut brachium intendũt. Inde intentare pro minari
cum datiuo dicitur: vt poſtea, Quod aiunt illum Sex. Roſcio intentaſſe, & medi-
tatum eſſe ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. Virg. in primo Aen. Pręſen
temq; viris intẽtant omnia mortem. Cauſa criminis) id eſt cur parricidiũ Sex.
Roſcius admittere voluerit. Cauſa enim cur quis quid fecerit aut non fecerit in
probationibus valet plurimum. Facti) id eſt parricidij. In deferendo nomine) .i.
in accuſando Sex. Roſcio. Nõ recuſamus) Illud ſolet facere Cicero, vt probatiões
ſuas proponat fore clariſſimas. alioqui ſe non deprecaturũ vt reus ſeruetur, nec re-
cuſaturũ quo minus reus damnetur. Vt pro Milone, Quanq̃ in hac cauſa Iudices
T. Anni Tribunatu, rebus omnibus pro ſalute Reip. geſtis, ad huius criminis de-
fenſionẽ nõ abutemur, niſi oculis videritis inſidias Miloni a Clodio factas: nec de-
precaturi ſumus, vt crimen hoc nobis multa propter pręclara in Rẽp. merita con
donetis: nec poſtulaturi, vt ſi mors P. Clodij ſalus veſtra fuerit, iccirco eam virtuti
Milonis potius, q̃ Po. Rom. felicitati aſſignetis. Sed ſi illius inſidiæ clariores hac
luce fuerint, tũ deniq; obſecrabo obteſtaborq; vos Iudices, ſi cętera amiſimus, hoc
ſaltẽ nobis vt relinquatur, ab inimicorũ audacia teliſq; vitã vt impune liceat defen
dere. Quin illorũ libidini Sex. Roſcij vita dedatur) .i. ad illorũ libidinẽ Sex. Ro
ſcius cõdonetur. Vt pro L. Flacco, Ne hominib[9] leuitate Gręcis, crudelitate Barba- Dedere reũ
ris, ciuẽ ac ſupplicẽ veſtrũ dederetis. Cõdonare & cõcedere in eadẽ re dici, p Cluẽ- libidini ac-
tio ſcribimus. Pugnatur) certatur iudicio & cõtẽditur. Opimã) .i. copioſam am- cuſatoris.
plam magnificã. Authore Sex. Pompeio, Opis fuit Saturnij coniux, per quã vo- Opima
luerunt terrã ſignificare, quia omnes opes humano generi terra tribuit. Vnde opu- pręda,
lenti terreſtribus rebus copioſi: & hoſtiæ opimæ, pręcipue pingues, & opima ma-
gnifica & ampla ſpolia. Vos idoneos habitos) Aduerſarios in odiũ Iudicũ adducit. Idoneus.
Idoneus in mala re hic dicitur. Iuſq; iurandũ) Nã iurati iudices erant. Ex ciuita-
te in Senatũ) Nemo enim Senator fiebat, quin ciuis eſſet. Ex Senatu in hoc cõ
ſiliũ) Soli Senatores tũ iudicabãt lege Cornelia, quã L. Corneli[9] Sylla tulit. In hoc Iudices ſoli
conſiliũ) Conſilium pro coetu Iudicũ dici alibi docuimus. Seueritatem) Seue- Senatores.
rus iudex eſt, qui nocentes damnat, innocentes abſoluit. Sicarios) id eſt homici- Seuerus iu
das. Authore Quintiliano lib. x. per abuſionem ſicarios etiã omnes vocamus, qui dex.
cędẽ telo quocunq; cõmiſerint. Gladiatores) Vel ad augendã facti atrocitatẽ appel Sicarij.
lat gladiatores, quo nomine L. Catilinã appellat: vel re vera gladiatores intelligit,
vt poſtea T. Roſcios Capitonem & Magnum dicit eſſe gladiatores. A vobis me-
tuere) vt Terẽtius in Andria, Metui a Chryſide. Metuo ab illo, vt ait Donatus, cu- Metuo a te
ius cauſa poſſum aliquid mali pati, etiam ſi ipſe nihil in me mali conſulat. His
de rebus tantis) Attentos facit auditores, quia magnitudinẽ rei oſtendit. Eorũque
auxiliũ tacite implorat cõtra aduerſarios, quum ſe ad dicẽdũ, querendum, vociferã-
dum ſufficere negat, propter nimiam rei aduerſariorum atrocitatem. Ingeniũ)
Solet Cicero authore Quintiliano libro. xj. ingenium ſuum ſubmittere.

Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura pudórque meus attribuit, & veſtra dignitas, & vis aduerſariorũ, & Sex. Roſcii pericula. Quapropter vos oro atq; obſecro Iudices, vt attente bonáque cum venia verba mea audiatis. Fide ſapientiáq; veſtra fretus, plus oneris ſuſtuli, q̃ ferre me poſſe intelligo. Hoc onus ſi vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero ſtudio & induſtria iudices: ſin à vobis (id quod non ſpero) deſerar, tamen animo non deficiam: & id quod ſuſcepi, quoad potero, perferam. Quòd ſi perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quàm id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Te quoq; magnopere M. Fanni quæſo, vt qualem te iam antea Populo Romano prębuiſti, cum huic idem quæſtioni iudex præeſſes, talem te & nobis & P. Rom. hoc tempore impertias. Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, vides: quæ ſit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, vt acria ac ſeuera iudicia fiant, intelligis. Longo interuallo iudicium inter ſicarios hoc primum committitur, cum interea cædes indigniſſimæ maximęque factę ſunt. Omnes hanc quæſtionem te Prætore de manifeſtis maleficiis, quotidianóque ſanguine haud †demiſſius ſperant futuram.

†remiſſius

Quem mihi natura) Ciceronem reliquosque bonos oratores initio dicendi timere ſolitos pro Cluentio abunde ſcripſimus. Vos oro atque obſecro) Iudicum primum, deinde M. Fannij Prætoris, qui huic cauſæ præeſt, beneuolentiam captat. Te quæſo) Quæſo ſæpius abſolute dicitur, iungiturque cum imperatiuo modo. Exiſtimat Donatus tum id eſſe aduerbium, quod dicatur ad leniendum imperium verbi imperatiui, cuiuſmodi illa ſunt, ſis, ſultis, age, agite, ſodes: & id quod imperite vulgus dicit paruum, vt quum dicit adiuua me pe-

Quęſo, q̃ſo te & quęſo a te.

rum. Nonnunquam tamen dicimus quæſo te, & ſæpius quęſo a te. Vt poſtea, Quæſo a vobis Iudices, vt hęc pauca quæ reſtant, ita audiatis, vt partim me dicere pro me ipſo putetis, partim pro Sex. Roſcio. Et pro Archia poeta, Quęſo a vobis, vt in hac cauſa mihi detis hanc veniam. Pro L. Flacco, Quęſo a vobis Aſiatici teſtes. Libro epiſtolarum familiarium vndecimo, Deos quæſumus, conſilia tua Reipub ſalutaria ſint, atque tibi. Huic idem quæſtioni pręeſſes) Intelligendum arbitror, quum accuſator diceret.

Dies accuſationis & defenſiōis.

Nam (vt ait Aſconius) dies viginti dabantur ad accuſandum legitimi, totidemque defenſori ad reſpondendum. Nonnunquam tamen lex ferebatur, vt eodem die accuſator & patronus orarent, & iudices pronunciarent: quod in cauſa Milonis a Pompeio latum idem ſcribit. Præeſſes) id eſt Prætor eſſes. In hac enim cauſa Fannium Prætorem fuiſſe paulopoſt ſcribit.

Pręeſſe quæſtioni.

Quæſtioni quoque Iudex præeſſe quæſitor dicitur. vt Cicero pro Au. Cluentio de C. Iunio qui in Oppianici cauſa quæſitor fuerat, Condemnatus eſt C. Iunius, qui ei quæſtioni præfuerat. Adde etiam illud ſi placet, cum eſt condemnatus, quum eſſet Iudex quæſtionis. Impertias) id eſt præſtes & præbeas. Quanta multitudo hominum conuenerit) Affectuum ſemina ſunt, quos in peroratione tractabit amplius.

Cupiditas in re bona.

Quæ cupiditas) Cupiditatem in re bona dicit. In eadem re ſæpius dicit ſtudium. Cupiebat autem populus Romanus, vt acria & ſeuera iudicia fierent, propterea quòd iudicia a L. Sylla ſublata fuerant, quo tempore cædes maximæ indigniſſimęque factę ſunt.

Interuallo longo.

Longo interuallo) Id a Cicerone ſæpe dicitur, vulgo autem dicerent, longo interuallo poſt. Iudicium hoc) Poſt ſublata iudicia a L. Sylla, eaque longo interuallo ſenatui conceſſa, hanc Roſcij cauſam primam actam eſſe ſignificat.

Cōmittere iudicium.

Committitur) id eſt conſtituitur. Vt conſtituere quæſtionem & iudicium ſæpius, ita hoc loco committere iudicium dicit. Interea) In eo longo interuallo. Boni enim ciues & opulenti, quorum bona Syllani concupierunt, vt aduerſarij proſcripti ſunt, & necati. Qua proſcriptione Romana ciuitas nihil vnquàm vidit indignius. Manifeſtis maleficijs.) In alijs codicibus eſt, de manifeſtis maleficijs. Quæ lectio mihi videtur melior, vt intelligas quæſtionem de manifeſtis maleficijs. Demiſſius) In alijs quoque codicibus ſcriptum eſt, haud remiſſius, id eſt diligentius. Ea autem lectio mihi aſpernanda non videtur.

Demittere

Nec prior eſt a ſententia auerſa: demittere enim eſt ſummittere & deorſum mittere & minus animoſe agere: vt, Demittunt animos magnæ nil laudis egenos. Illud enim valet ad cauſæ noſtræ commendationem, ſi dicamus quæ iudicij expectatio hominum ſit.

Qua vociferatione in cæteris iudiciis accuſatores vti conſueuerunt, ea nos hoc tempore vtimur, qui cauſam dicimus. Petimus abs te M. Fanni, à vobiſque Iudices, vt q̃ acerrime maleficia vindicetis, vt quàm fortiſſime hominibus audaciſſimis reſiſtatis: vt hoc cogitetis, niſi in hac cauſa, qui veſter animus ſit, oſtendetis, eò prorumpere hominum cupiditatem & ſcelus & audaciam, vt non modo clàm, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes veſtros Iudices, inter ipſa ſubſellia, cædes futuræ ſint. Etenim quid aliud hoc iudicio tentatur, niſi vt id fieri liceat? Accuſant ii, qui in fortunas huius inuaſerunt. Cauſam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Accuſant ii, quibus occidi patrem Sex. Roſcii bono fuit. Cauſam dicit is, cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egeſtatem. Accuſant ii, qui hunc ipſum iugulare ſumme cupierunt. Cauſam dicit is, qui etiam ad hoc ipſum iudicium cũ præſidio venit, ne hic ibidem ante oculos veſtros trucidetur. Denique accuſant ii, quos populus poſcit. Cauſam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde reſtat. Atque vt facilius intelligere poſſitis Iudices ea quę facta ſunt indigniora eſſe, quàm hæc quæ dicimus, ab initio res quemadmodum geſta ſit, vobis exponemus: quô facilius, & huius hominis innocentiſſimi miſerias, & illorum audacias cognoſcere poſſitis, & Reipub. calamitatem. Sextus Roſcius pater huiuſce, municeps Amerinus, fuit cum genere & nobilitate, & pecunia, non modo ſui municipii, verum etiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia atq; hoſpitiis florens hominum nobiliſſimorum.

Qui cauſam dicimus) id eſt qui defendimus. Maleficia vindicetis) id eſt ma-
leficos & perditos homines puniatis. Niſi in hac cauſa &c) Hoc iudicium quan-
tum ad Rempub. pertineat oſtendit, vt in omnibus fere cauſis facere ſolet. Pro- Prorupta
rumpere) id eſt vi peruenire, extendi, & effundi. vt proruptam audaciam paulo audacia &
poſt appellat, quam proiectam dixit pro A. Cluentio, Hæc magnitudo male- proiecta.
ficij facit, vt niſi pene manifeſtum parricidium proferatur, credibile non ſit,
niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus flagitijs vita inquinata, niſi ſumptus effu-
ſi cum probro atque dedecore, niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, vt
non procul abhorreat ab inſania. Inter ipſa ſubſellia) Subſellia non modo iu- Subſellia.
dicum, ſed etiam oratorum in foro ſunt. Quid aliud hoc iudicio tentatur) Il-
lud perſæpe facit Cicero, vt oſtendat peti aliud ab accuſatoribus, quàm quod in
quæſtione ſit, quod ſit Reipub. pernicioſum. Id) id eſt cædes ante tribunalia,
ante Iudices, inter ipſa ſubſellia. Accuſant ij) Quàm audaces ſint accuſatores,
quàm miſer & innocens reus ſit oſtendit, vt cognoſci facilius poſſit, quid hoc
iudicio petant accuſatores: vt iudicum fauorem ab accuſatoribus ad reum con-
uertat, vt ſpargat velut ſemina argumentorum. Hunc ipſum) Roſcium fili-
um. Huius enim vitæ inſidias a T. Roſcijs paratas fuiſſe, eamque ob cauſam hunc
Romam confugiſſe paulo poſt dicet Cicero. Summe) id eſt valde. Poſcit) id eſt
ad ſupplicium petit, quod improbi ſint. Atque vt facilius) Ad narrationem
tranſit. Id quum fit admonendi ſunt auditores, vt diligentius intelligant id de
quo pronunciaturi ſunt. Quum ſtatus coniecturalis ſimplex eſt, id eſt quum Narrãdum
reus factum quod accuſator intendit, tantum negat. patrono nihil opus eſt nar- quando ſit
ratione. Quid enim narrabit, qui a ſe factum negat? Si vero patronus non patrono.
modo neget, ſed etiam in aduerſarium crimen ipſum retorqueat, iam ſtatus
coniecturalis ſimplex non eſt: oportetque vt probet id quod retorquet: itaque
eum oportet vti narratione. Vt pro Milone, accuſator dixit a Milone factas in-
ſidias Clodio. negat id Cicero, retorquetque a Clodio factas Miloni, ideo nar-
rauit. In hac quoque cauſa a Sexto Roſcio patrem occiſum eſſe accuſatores di-
xerunt, id non negat Cicero: ſed etiam retorquet eum ab accuſatoribus neca-
tum. Id vt probet facilius, vtitur narratione. Sextus Roſcius pater hu-
iuſce) Huius narrationis initium perſimile eſt initio primæ narrationis pro
Aulo Cluentio. Hoc exemplo vtitur Sulpitius Victor in libro Inſtitutionum
oratoriarum, quum ſcribit narrationem fieri dilucidam ſi a recto caſu incipiat,
quo modo ferme eſſe narrationes Tullianas dicit. Amerinus) Ameria vrbs Ameria.
Italiæ. dccccLxiiij. annis ante Perſei bellum condita eſt, vt ait Plinius libro tertio
ex Catonis ſententia. Aliquot igitur ſeculis ante Romam condita fuit. Mu-
nicipii) id eſt Ameriæ.

Nam cum Metellis, Seruiliis, Scipionibus erat ei non modò hoſpitium, verum etiam domeſticus vſus & conſuetudo. Quas (vt æquum eſt) familias honeſtatis amplitudiniſque gratia nomino. Itaque ex ſuis omnibus commodis hoc ſolum filio reliquit. Nam patrimonium domeſtici prędones vi ereptum poſſident, fama & vita innocentis ab hoſpitibus amiciſque paternis defenditur. Hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuiſſet, tum hoc tumultu proximo, cum omnium nobilium dignitas & ſalus in diſcrimen veniret, præter cęteros in ea vicinitate eam partem cauſamque opera, ſtudio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat, pro eorum honeſtate ſe pugnare, propter quos ipſe honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur. Poſteaquàm victoria conſtituta eſt, ab armiſque receſſimus, cum proſcriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ii qui aduerſarii fuiſſe putabantur, erat ille Romæ frequens, atque in foro, & in ore omnium quotidie verſabatur: magis vt exultare victoria nobilitatis videretur, quàm timere ne quid ex ea calamitatis ſibi accideret. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roſciis Amerinis, quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video, alterum tria huiuſce prædia poſſidere audio. Quas inimicitias ſi tam cauere potuiſſet, quàm metuere ſolebat, viueret. Neque enim Iudices iniuria metuebat. Nam duo iſti ſunt Titi Roſcii, quorum alteri Capitoni cognomen eſt: iſte qui adeſt, Magnus vocatur.

Conſuetudo) id eſt familiaritas, & vt vulgo dicunt, conuerſatio. Hoc ſolum) commodum, quod ſcilicet amicos ei & hoſpites reliquerit. Domeſtici prædones) Titi Roſcij Capito & Magnus, qui itidem Amerini erant. Vi ereptum poſſident) id eſt vi eripuerunt & poſſident. Hic) Sex. Roſcius pater.

Hoc tumultu proximo) Tumultus, vt ait Cicero in Philippica octaua, nihil aliud eſt, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur. Vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaqꝫ, inquit, maiores noſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Romani igitur Italicum bellum aut Gallicum appellabant tumultum. Vt hoc loco ciuile bellum, quod Sylla cum C. Mario alijſque geſſit, appellat tumultum.

Tumultus

Quum omnium nobilium dignitas) L. Sylla gerente bellum cum Mithridate, Cinna, Marius, Sertorius, Carbo cum ſingulis exercitibus in vrbem Romam recepti ſunt. Eam velut raptam cædibus & rapinis vaſtauerunt Cn. Octauio Cos. occiſo, omnibuſque aduerſæ partis nobilibus trucidatis, in quibus Marcus Antonius & C. Cæſar oratores fuerunt. L. item Craſſus orator, ne quid virtute ſua indignum pateretur, gladio ſe tranſfixit. Author eſt Titus Liuius libro octogeſimo.

Marianorum in ciues impietas.

Eam partem cauſamqꝫ) nobiliū ſcilicet. Conſtituta) id eſt confirmata interfectis hoſtibus. vt paulopoſt dicit conſtituere pacem, Quum & pacis conſtituendæ rationem & belli gerendi poteſtatem ſolus haberet. Et pro C. Rabirio conſtituere Rempub. Precorqꝫ ab ijs, vt hodiernum diem & ad huius ſalutem conſeruandam, & ad Rempub. conſtituendam illuxiſſe patiantur.

Cōſtituere victoriā pacē, & rēp.

Proſcriberentur homines) præcipue ij qui aduerſarij fuiſſe putabantur. Frequēs) id eſt frequenter. vt in libro de Officijs ſecundo, Facillime autem & in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros & ſapientes, & bene conſulentes viros Reipub. contulerunt: quibuſcum ſi frequentes ſunt, opinionem afferunt populo fore ſe ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum.

Frequens.

Victoria nobilitatis) Quæ fuit L. Syllæ. Erant ei veteres inimicitiæ) Oportet narrationem eſſe veriſimilem. Eam autem faciemus, ſi cauſam quæ impulit dicamus: ſi perſonæ, quæ fecit, mores ita deſcribamus, vt ab re facta alieni non videantur, ſi loci & temporis opportunitatem oſtendamus. Hoc loco hæc quatuor Cicero tractat.

Narratio quibus modis fiat credibilis.

Veteres inimicitiæ) Vt amicitiæ ita inimicitiæ quo vetuſtiores, ita grauiores eſſe ſolent. In accuſatorum ſubſellijs) id eſt in ijs ſubſellijs, in quibus accuſatores ſedere ſolent: id eſt, in ijs quæ ſunt ad ſiniſtram manum Iudicis. Nam ad dexteram reus & patroni ſedebant. Alterum) T. Roſcium Capitonem. Quas inimicitias, ſi tam cauere) Cauere inimicitias, ſocium, proditorem, omnia dicimus. Vt paulo poſt, Socium vero cauere qui poſſumus? quem etiam ſi metuimus, ius officij lædimus. In oratione poſt reditum ad Quirites, Sic vlciſcar perfidos amicos, nihil credendo atque omnia cauendo. Quintilianus libro ſeptimo, Cuius vox fuit, Cauete proditorem.

Cauere inimicitias ſocium & proditorem.

Capitoni cognomen eſt) Capito Capitonis & Capitoni cognomen eſt authore Seruio dicimus.

Homines eiuſmodi, alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. Hic autem nuper ſe ad eum laniſtam contulit: qui, cum ante hanc pugnam tyro eſſet, quod ſciam, facile ipſum magiſtrum ſcelere audaciáque ſuperauit. Nam cum hic Sex. Roſcius eſſet Ameriæ, Titus alter iſte Roſcius Romæ: cum hic filius aſſiduus in prædiis eſſet, cúmque ſe voluntate patris rei familiari vitæque ruſticæ dediſſet, iſte autem frequens Romæ eſſet, occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Sex. Roſcius. Spero ex hoc ipſo non eſſe obſcurum, ad quem ſuſpitio maleficii pertineat. Verum id quod adhuc eſt ſuſpitioſum, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote.

Balneę Palatinæ.

Occiſo Sex. Roſcio primus Ameriam nunciat Manlius Glaucia, quidam homo tenuis, libertinus, cliens, & familiaris iſtius Titi Roſcii: & nunciat domum, non filii, ſed Titi Capitonis inimici. Et cum poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primo diluculo nuncius hic Ameriam venit. decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſiis peruolauit: non modo vt exoptatum inimico nuncium primus afferret, ſed etiam cruorem inimici quàm recentiſſimum, telúmque pauloante è corpore extractum oſtenderet. Quatriduo, quo hæc geſta ſunt, res ad Chryſogonum in caſtra L. Syllæ Volaterras defertur. magnitudo pecuniæ demonſtratur.

Ciſia.

Palma pro certamine.

Plurimarum palmarum) id eſt plurimorum certaminum, quod ſequitur pro eo quod præcedit. Niſi enim in his certaminibus victor fuiſſet, interfectus fuiſſet. Nam in pari gladiatorum alterum interfici mos erat, niſi forte ſibi ſatiſfactum eſſe dominus dixiſſet. Palmam pro victoria dici nemo ignorat. Cauſa apud

A. Gellium eſt. Inde palmarium pro eo quod eſt palma dignum, Terentius in Eunucho dixit, Tum, inquit, hoc alterum. Id vero eſt quod mihi puto palmarium. Vetus ac nobilis) Vetus, vt ait Donatus, plærunque refertur ad laudem, interdum ad vituperationem. vt, Sed qui maleuoli veteris poetæ maledictis reſpondeat. Et alibi, Vetus veternoſus ſenex. Hoc in loco vetus quemadmodum nobis in vituperationem dicitur. Hic autem) Titus Roſcius Magnus. Ad eum laniſtam) ad Titum Roſcium Capitonem. Eſt autem Laniſta, qui familias domi habet ad gladiaturam exercendam, quas inſtituit. Ante hanc pugnam tyro eſſet, quod ſciam) id eſt prout ego ſcio. Hic Sex. Roſcius) filius. Res ipſa) Quæ probaturus eſt Cicero, pollicetur ea vt dixi, fore clariſſima, alioqui damnari non recuſat. Res ipſa) non oratio mea, ſed res ipſa. Ameriam nunciat) De hoc dicendi genere ſcribimus pro Milone. Non filij) id eſt Sex. Roſcij. Hæc autem Cicero dicit, vt credibile faciat a Tito Roſcio Magno Capitonis conſilio Sex. Roſcium occiſum eſſe. Poſt horam primam noctis) Veteres ſolitos eſſe numerare horas duodecim ab oriente ſole ad occidentem, quæ diurnæ eſſent: & totidem ab occidente ad orientem, quæ eſſent nocturnæ, alibi diximus. Primo diluculo) Sæpius dicit prima luce. Vulgo dicunt ſummo mane. Decem horis nocturnis) Nam poſt primam horam noctis diſceſſit, & hora ante ſolem orientem Ameriam venit. Sex & quinquaginta) Inde attende Ameriam ab vrbe Roma tot millibus paſſuum diſtare. Ciſijs) Ciſium vehiculi genus erat, quo vtebantur Romani quum celeriter volebant conficere iter. Vt in Philippica ſecunda, Quum hora diei fere decima ad ſaxa Rubra veniſſet, delituit in quadam cauponula, atque ibi ſe occultans perpotauit ad veſperum. Inde ciſio celeriter ad vrbem aduectus, domum venit, capite inuoluto. Quòd autem ciſijs dicat, ſignificat eum ciſia mutaſſe quo iter celerius conficeret, vt ſolent curſores noſtri mutare equos. Cruorem inimici) Mouet affectum, vt aduerſarium in odium adducat. Quatriduo, quo hæc geſta ſunt) Diceret Titus Liuius, quatriduo quàm. Ita enim poſt numeralia nomina, quæ ordinalia grammatici appellant, cuiuſmodi ſunt primus, ſecundus, tertius &c. ſolet ponere quàm. Quatriduo autem eſt, quarto die, non quatuor diebus. Poſt alia nomina numeralia, quæ appellant cardinalia, vt ſunt vnus duo tres &c. Cicero ſolet particulam quum poſtponere. Vt ſunt duo anni quum a te literas nullas accepi. Volaterras) Volaterræ oppidum eſt in Ethruria ante bellum Troianum conditum. In eo Mariani proſcripti conſiſtentes a L. Sylla obſeſſi ſunt. Is rerum potitus agrum Volaterranum publicauit. Cn. Cæſar primo ſuo Conſulatu agrum Volaterranum & oppidum omni periculo in perpetuum liberauit: vt eſt apud Ciceronem libro Epiſtolarum familiarium decimotertio. Pecuniæ) id eſt bonorum Sex Roſcii.

Palmariũ.

Vetus in vtrãq; ptẽ.

Laniſta.

Horę diei xij. & totidẽ noctis.

Diluculo primo.

Ameria.

Ciſium.

Quatriduo quo.

Nũeraliũ nominũ ratio.

Volaterræ.

bonitas prædiorum (nam fundos decem & tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt) huius inopia & ſolitudo commemoratur. Demonſtrant cum pater huiuſce Sex. Roſcius homo tam ſplendidus & gratioſus, nullo negocio ſit occiſus, perfacile hunc hominem incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum de medio tolli poſſe. Ad eam rem operam ſuam pollicentur. Ne diutius teneam Iudices, ſocietas coitur. Cum iam proſcriptionis mentio nulla fieret, & cum etiam qui antea metuerant, redirent, ac iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur, hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus, tria prædia vel nobiliſſima Capitoni propria traduntur, quæ hodie poſſidet, in reliquas omnes fortunas iſte Titus Roſcius nomine Chryſogoni, quemadmodum ipſe dicit, impetum facit. Hęc bona ſaxagies. HS. emuntur duobus millibus numûm. Hæc omnia Iudices imprudente L. Sylla facta eſſe certo ſcio. Neque enim mirum, cum eodem tempore & ea quæ præterita ſunt, & ea quæ videntur inſtare, præparet: cum & pacis conſtituendæ rationem, & belli gerendi poteſtatem ſolus habeat, cum omnes in vnum ſpectent, vnus omnia gubernet, cum tot tantiſque negociis diſtentus ſit, vt reſpirare libere non poſſit, ſi aliquid non animaduertat, cum præſertim tam multi occupationem eius obſeruent, tempuſque aucupentur, vt ſimul atque ille deſpexerit, aliquid huiuſcemodi moliantur.

Coitur ſocietas.

Bonitas prędiorũ.

Nũeraliũ nominum ratio.

Bonitas prædiorum) Vt pro lege Agraria in Rullum, Demigraturos in illa loca noſtros homines propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam. Itemq́, Si quis agri aut oppidi bonitate delectetur. Decem & tres) pro tredecim. Licet dicere decem & tres, & tres & decem.

Eodemque modo vſque ad viginti. Sed in nominibus ordinem ſignificanti-
bus, id quod minorem numerum ſignificat, præponi ſolet. Vt tertiuſdecimus,
quartuſdecimus &c. non cõtrà dici ſolet. Qui Tyberim fere omnes tangũt)
Commendatiora ſunt prædia ea, quæ fluuio magno, & vt ita dicam, nauigabili,
proxima ſunt. Facilius enim & minore impenſa dominus ea viſitat, eorumque
fructus in vrbem conuehendos curat. Tangunt Tyberim) id eſt Tyberi ſunt — Tangit
proxima, & vt vulgo dicũt contigua. Vt in Oratione de reſponſis Aruſpicum, — Tyberim.
Quid habet iura domus religioſi? niſi ꝙ impuri & ſacrilegi parietem tangit. Et
pro Milone, Suſpicari tamen debuit, eum etiam ſi Romam illo die reuerti vel-
let, ad villam ſuam, quæ viam tangeret, diuerſurum. Continere viæ in eadem re — Continere
dici alio in loco ſcribemus. Inopia & ſolitudo) Inops dicitur is qui ſolus eſt, — vię.
qui nec amicos nec propinquos habet, quorum ope, id eſt auxilio tutari ſe — Inops.
poſſit. Inopiam itaque & ſolitudinem fere in eadem re dicit. Solitudinem hac in — Solitudo.
re dixit Terentius in Andria, Perque huius ſolitudinem Te obteſtor, ne abs
te hanc ſegreges, neue deſeras. Quum pater huiuſce) Suaſio eſt a maiori ad
minus. Tam ſplendidus) id eſt liberalis & magnificus. Gratioſus) id eſt apud
multos valens gratia. Qua voce vtitur Cicero ſæpiſſime. Nullo negocio) id — Negocio
eſt facile. Vt pro M. Cælio, Neque huius iudicii veritatem, quæ mutari nullo — nullo.
modo poteſt, in voluntate teſtium collocari ſinam: quæ facillime fingi, nullo ne-
gocio flecti ac detorqueri poteſt. Ne diutius teneã) Quia narratio debet eſſe
breuis, ſi ea fuerit longiuſcula auditorum tædium effugandum eſt illis figuris,
Sed quid moror? Sed quid verbis opus eſt? Ne diutius teneam. aliiſq; eiuſdẽ ge-
neris. Societas coitur) id eſt ineunt ſocietatem de Roſcii pecunia. de ſocietate
poſtea ſcribemus: ſed interim attendendum eſt coire ſocietatem, pro eo quod eſt — Coire ſo-
amicitiam inire dici. Vt in Philippica ſecunda, Vtinam Cn. Pompeii cum Cæ- — cietatem.
ſare ſocietatem aut nunquàm coiſſes, aut nunquàm decreuiſſes. Antea) id eſt
quum eſſet proſcriptio. Defunctos) id eſt liberatos. Vt, O tandem magnis pe-
lagi defunctæ periclis. Manceps) Authore Boethio libro Commentatiorum — Manceps.
in Topica Ciceronis tertio, Omnes res quæ abalienari poſſunt, id eſt quæ a no-
ſtro ad alterius dominiũ tranſire poſſunt mancipi, dicuntur. Eſt autem manci-
patio imaginaria quędam, ſeruata iuris ſolennitate, venditio, quod ipſum ius
Romanorum ciuium proprium eſt. Eaque res ita agitur, adhibitis non minus
q̃ quinque teſtibus ciuibus Romanis puberibus, & præterea alio eiuſdem condi-
tionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium ac-
cipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe
aio. Iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram.
Idque æs dat ei a quo mancipium accipit, quaſi precii loco. Manceps igitur hoc
loco dicitur, qui per hanc iuris ſolennitatem emit. Alioqui mancipes ſunt Pu-
blicanorũ principes vt ait Aſconius. Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis) id eſt
Sex. Roſcii patris. Cuius bona mancipari non oportuit, propterea quod nobi-

Propria prędia. litatis ſtudioſus,cum L.Sylla ſenſerit. Propria) id eſt non vtenda,ſed vt vulgo dicunt,proprietaria. Iſte T. Roſcius) Magnus. Hęc bona lx.) ſexagies ſcribi debet. Ea quæ Prætor imprudente L. Sylla) Prudenter facit Cicero, ne quum dicit contra Chryſogonum, contra L. Syllam, qui tum rerum potitus erat,dicere videretur. Vt enim oratoris eſt cauere,ne quid dicat, quod cauſæ aduerſum ſit, ita ne quid ſalua fide patrocinii dicat, quod ſibi nocere poſſit.

Et ea quæ præterita ſunt) Verbum ordinet, aliud ve quod ſimile aſcribendum puto. Hæc autem Cicero dicit, vt contendat L. Syllam negociis plurimis occupatum eſſe. Itaque imprudente eo Chryſogonum & T. Roſcios hæc omnia facere. Spectent) id eſt ſpem habeant. Diſtentus) id eſt occupatus, a diſtinendo: vel diſtractus, a diſtendendo. quãuis diſtinere & diſtendere ſi dicantur, raro dicantur. Reſpirare libere) Magnam Syllæ diligentiam prædicat. Viris enim grauibus reipublicæ munus ſuſtinentibus licet aliquando recreare ſe & reficere. Vt Scipio Africanus maior authore Cicerone libro de Officiis tertio requieſcens a reipublicæ pulcherrimis muneribus, ocium ſumebat aliquando, & a cœtu hominum frequentiaque interdum tanquàm in portum ſe & ſolitudinem recipiebat. Reſpirare libere) id eſt, vt vulgo loquũtur, accipere anhelitum ad voluntatem. Eſt autem hyperbolæ, quæ authore Quintiliano libro.viii.non in augendo ſolum fit, ſed etiam in diminuendo. Vt, Vix oſſibus hærent. Et quod Cicero in quodam ioculari libello, Fundum Varro vocat,quẽ poſſim mittere funda, Ni tamen exciderit, qua caua funda patet. Hyperbole omnis quãuis ſit vltra fidem,eſſe tamen non debet,vt idem ait,vltra modum.

Reſpirare libere.

Hyperbole

Si aliquid) Ordo eſt. Neque enim mirum eſt,ſi aliquid &c. Si aliquid non animaduertat) id eſt ſi quid imprudẽte eo fiat. Occupationem eius obſeruẽt) id eſt inſpiciant,& vt vulgo dicunt,diligenter cuſtodiant,& ſpeculentur, quando ſit occupatus. Tempuſque aucupentur) id eſt peragendi ſui negocii opportunitatem captent, quod L.Sylla ab occupationibus libere agere non poſſent.

Aucupari tempus.

Deſpicere.

Deſpexerit) id eſt non aſpexerit, nõ animaduerterit. De autem hoc loco priuatiua particula eſt.

Huc accedit, quòd quis ille felix ſit, ſicut eſt, tamen in tanta felicitate nemo poteſt eſſe in magna familia, qui neminem neque ſeruum neque libertum improbum habeat. Interea iſte Titus Roſcius vir optimus, procurator Chryſogoni, Ameriam venit: in prædia huius inuadit: hunc miſerum, luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet, nudum eiicit domo, atque focis patriis

Perditus luctu.

diiſque penatibus præcipitem Iudices Sex. exturbat: ipſe ampliſſimæ pecuniæ fit dominus. Qui in ſua re fuiſſet egẽtiſſimus, erat (vt fit) inſolens in aliena. Multa palàm domum ſuam auferebat, plura clam de medio remouebat, non pauca ſuis adiutoribus large effuſéque donabat, reliqua conſtituta auctione vendebat. Auctio.

Ille ſit felix) L. Sylla quũ propter alios multos felices rerum ſucceſſus, tum precipue quod Athenas, quibus vi potitus erat, non euertiſſet, ſed iis peperciſſet propter egregia ſtudia quę illic viguerãt. L. Lucullus, vt in eius vita Plutarchus ſcribit, feliciſſimam Syllæ ſe admirari fortunã dixit, qui quũ voluiſſet Athenas ſeruare, potuerit. Se quoq; venuſtũ idẽ Sylla appellabat, vt in eius vita idẽ Plutarchus ſcribit. In tanta felicitate &c.) Id ita verũ eſt, vt in familia Chriſti, quã ſibi ipſe elegerat, vnus e diſcipulis. xii. improbus impiuſq; extiterit. Vir optimus) Ironia eſt. Luctu perditũ) id eſt, mortẽ patris miſere lugentem. Iuſta enim ſoluiſſet) id eſt exequias feciſſet. Iuſta enim numero tãtũ plurali ſunt exequię, & pompa funebris. Vt in libro de Legibus. ii. Quid vero ex his, qui horum ſcelerũ principes fuerunt: & pręter cęteros in religione impii? Non ſolum vita cruciati atq; dedecore, verum & ſepultura ac iuſtis exequiarũ caruerũt. Itemque, Siti dicuntur ii qui cõditi ſunt. Nec tamẽ eorũ antè ſepulcrũ eſt, quã iuſta facta, & corpus incenſum eſt. Inde collige dici facere & ſoluere iuſta. Iuſta funebria dicit T. Liuius libro. i. Nec cęleſtes modo cerimonias, ſed iuſta quoq; funebria, placãdoſq; deos manes, vt idem Pontifex edoceret. Nudum) id eſt omni patrimonio ſpoliatũ. Eiecit) Eiicit melius legatur, vt cũ verbis illis cõueniat, inuadit, exturbat. Eiicit domo atq; focis patriis.) Rei indignitatem auget. Nam, vt ait pro domo ſua Cicero, Nihil ſanctius, nihil omni religione munitius, q̃ domus vniuſcuiuſq; ciuiũ. Hic arę ſunt, hic foci, hic dii Penates, hic ſacrę religionis cerimonię cõtinentur. Hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, vt inde arripi neminem fas ſit. Sunt autem dii Penates intimarum rerum cuſtodes, ſiue a penu ducto nomine (Eſt enim omne quę veſcuntur homines penus) ſiue ab eo quod penitus inſident, ex quo etiam penetrales a poetis vocantur. Author eſt Cicero in libro de Natura deorum. 2. Authore Seruio in Commentariis. 5. & ſexto in Æn. Virgilii apud priſcos in ſua quiſq; domo ſepeliebatur. Hinc ortum vt lares in domibus colerentur. Vnde vmbras laruas vocamus. Penates quoq; domi ex hac conſuetudine coli idem dicit. Diis autem penatibus domorum culmina, vt parietes Ioui Hercio dedicari morem fuiſſe idem ſcribit libro ſecundo. Auctione) id eſt publica venditione, qua res addici ſolet ei qui vltimus auxerit precium.

L. Sylla Felix.

Iuſta.

Penates dii.

Quod Amerinis vſque eo viſum eſt indignum, vt vrbe tota fletus gemitúſque fieret, Etenim multa ſimul ante oculos verſabantur : mors hominis florentiſſimi Sex. Roſcii crudeliſſima : filii autem eius egeſtas indigniſſima : cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius, ne iter quidem ad ſepulcrum patrium reliquiſſet : bonorum emptio, flagitioſa poſſeſſio, furta, rapinæ, donationes. Nemo erat qui non ardere omnia mallet, quàm videre in Sex. Roſcii viri optimi atque honeſtiſſimi bonis iactantem ſe ac dominantem T. Roſcium. Itaque Decurionum decretum ſtatim fit, vt decem primi proficiſcantur ad L. Syllam, doceántque eum, qui vir Sex. Roſcius fuerit : conquerantur de iſtorum ſcelere & iniuriis : orent, vt & illius mortui famam, & filii innocentis fortunas conſeruatas velit. Atque ipſum decretum quæſo cognoſcite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in caſtra veniunt. Intelligitur Iudices id quod iam ante dixi, imprudente L. Sylla ſcelera hæc, & flagitia fieri : nam ſtatim Chryſogonus, & ipſe ad eos accedit, & homines nobiles allegat iis, qui peterent ne ad Syllam adirent, & omnia Chryſogonum quæ vellent, eſſe facturum pollicerentur. Vſqueadeo autem ille pertimuerat, vt mori mallet, quàm de his rebus Syllam doceri. Homines antiqui, qui ex ſua natura cæteros fingerent, cum ille confirmaret, ſeſe nomen Sex. Roſcii de tabulis exempturum, prædia vacua filio traditurum : cũque ita id futurum T. Roſcius Capito qui in.X. Legatis erat, appromitteret, crediderũt, Ameriam re inorata reuerterunt.

Antiqui homines.

Fletus gemituſq;) Ex Amerinorum dolore facinoris aduerſariorum atrocitatem auget. Qua ratione ab aduerſariis iudices auertit, eoſq; Sex. Roſcio conciliat. Qui non ardere omnia mallet) Vt qui permagna rei alicius cupiditate tenentur, magnũ aliquod incõmodum etiam publicum exoptant, modo id quod tantopere cupiunt aſſequantur. Varro de vita po. Rom. vt eſt apud Marcellum, Tanta porro inuaſit cupiditas honorũ pleriſque, vt vel coelum ruere, modo magiſtratum adipiſcãtur exoptent. Ita qui odioſam aliquam rem maxime auerſantur, magnũ aliquod exitium etiam publicum videre malunt, quàm quod tanto odio auerſantur. Qui non ardere omnia mallet) Melius hoc modo legitur, q̃ quo modo ſcriptum inuenio apud Iulium Rufinianum in libro de figuris. Pathopoeia, inquit. vel odio, vel iracundia, vel miſericordia commouetur. Virgilius, At domus interior gemitu miſeroq; tumultu Miſcetur. Cicero pro Roſcio, Nemo erat qui non ardere illa omnia mallet, q̃ videre in Sex. Roſcii bonis dominantem &c. Decurionum) id eſt Senatorum Ameriæ. Vt decem primi) id eſt decem municipes Amerini primarii homines. Ex T. Liuio permultis in locis cognoſci facile poteſt fuiſſe morem Romanũ vt decem Legati mitterẽtur. nonnunq̃ tamen tres mittebantur, ſed rarius. Illius mortui famam) Nam eius nomen in proſcriptionum tabulas Chryſogonus retulerat. Ipſum decretum Decurionum) Quia narratio breuis eſſe debet, in ea nec teſtes interrogari, nec quicquam recitari licet. Quod igitur hoc loco fecit Cicero, id ab eodem loco alio factum vix inuenias: a Demoſthene & cæteris Græcis, perq̃ frequenter. Erant autem ad hoc publice inſtituti qui decreta dũ iuberentur recitarent, atq; ita illis maior fides q̃ ſi ab oratore aduocato recitarentur, habebatur: quocirca ab alio legebantur. Allegat) ſcilicet mittit. De his rebus Syllam doceri) Attende dici, de his rebus doceri. Homines antiqui) id eſt viri boni & ſimplices, quales antiqui fuiſſe exiſtimantur. Qui ex ſua natura cæteros fingerent) id eſt qui cæteros fallaces & malitioſos eſſe non putarent, quales ſe non eſſe ſcirent. Confirmaret) id eſt affirmaret. Nomen Sex. Roſcii de tabulis exempturum) id eſt deleturum & obliteraturum. Nam in tabulas proſcriptionum Sex. Roſcium Chryſogonus ſcribendum curauerat, poſtquàm occiſum eum audiuerat, vt bonis eius liberius ipſe frueretur. Eximere nomen de tabulis dicit, quemadmodum in libro de Oratore ſecundo eximere ex ærariis, quod eſt multam condonare, & vt vulgo dicunt, quittare. Is enim qui te ex ærariis exemit, luſtrum condidit. Prædia vacua) id eſt ex quibus decedere iuſſerit eos, qui in ea ſuo nomine inuaſerant. In decem Legatis) id eſt vnus ex decem Legatis. Adpromitteret) id eſt valde promitteret. Inorata re) id eſt non orata, non obito munere legationis. No. Marcellus docens Ennium dixiſſe regredere pro reuocare illud, ex eo citat, Quo nunc incerta re atque inorata gradum regredere conare?

Legatorũ numerus.

Doceo de rebus.

Antiqui homines.

Eximere nomen de tabulis.

Adpromittere.

Inorata res.

Procraſti-nare. Ac primo rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti cœperunt: deinde aliquanto lentius nihil agere, atque deludere: poſtremo (id quod facile intellectum eſt) inſidias vitæ huiuſce Sex. Roſcii parare, neque ſeſe arbitrari poſſe diutius alienam pecuniã domino incolumi obtinere. Quod is ſimulátque ſenſit, de amicorum cognatorúmque ſententia Romam confugit, & ſeſe ad Cæciliam Nepotis filiam, quam honoris cauſa nomino, contulit, qua pater vſus erat plurimum. In qua muliere Iudices etiam nunc, id quod omnes ſemper exiſtimauerunt, quaſi exempli cauſa veſtigia antiqui officii remanent. Sex. Roſcium inopem, eiectum domo, atque expulſum ex ſuis bonis, fugientem latronum tela & minas, recepit domum: hoſpitique oppreſſo iam, deſperatoque ab omnibus, opitulata eſt. Eius virtute, fide, diligentia factum eſt, vt hic potius viuus in reos, quàm occiſus in proſcriptos referretur. Nam poſtquàm iſti intellexerunt ſumma diligentia vitam Sex. Roſcii cuſtodiri, neque ſibi vllam cædis faciundę poteſtatem dari, conſilium ceperunt plenum ſceleris, & audaciæ, vt nomen huius de parricidio deferrent, vt ad eam rem aliquem accuſatorem veterem compararent, qui de ea re poſſet dicere aliquid, in qua re nulla ſubeſſet ſuſpicio. denique vt quoniam crimine non poterant, tempore ipſo pugnarent. Ita loqui homines, ꝙ iudicia tãdiu facta non eſſent, condemnari eum oportere, qui primus in iudicium adductus eſſet. Huic autem patronos propter Chryſogoni gratiam defuturos. De bonorum venditione, & iſta ſocietate verbum eſſe facturum neminem. Ipſo nomine parricidii, atrocitate criminis, fore, vt hic nullo negocio tolleretur, cum ab nullo

defenſus eſſet . Hoc conſilio atque adeo hac amentia impulſi, quem ipſi, cum cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt.

Procraſtinare) id eſt de die in diem differre. Qua in re hoc loco dici & manifeſtum eſt. Vt Actione in C. Verrem. vi. Res non procraſtinatur. Et. vii. Iſte non procraſtinat, aduocat amicos ſtatim, quærit ex his ſigillatim quot quiſque nautas habuerit. Actione quarta, Ita illi non procraſtinant, Sthenium ſtatim educunt, aiunt ab eo literas eſſe corruptas. His in locis non procraſtinare dicit, pro eo quod eſt non expectare ad diem craſtinum. Aliquanto lentius) id eſt non de die in diem, ſed tertio, quarto, quinto, &c. quoque die differre. Deludere) Sex. Roſcium. De amicorum cognatorumque ſententia) Vt rē feciſſe prudenter videatur adoleſcens non de ſua, quia in adoleſcentiam non cadit prudentia, ſed de amicorum propinquorumque ſententia. Ad Cęciliam Nepotis filiam) Hāc Cęciliam Balearis filiam Nepotis ſororem poſtea dicit Cicero. Eam autem ex Metellorum familia eſſe nomen ipſius oſtendit. Cæcilii enim Metelli appellati ſunt. & fœminas appellari ſolitas ex nomine familiæ, quod proximum ſequeretur prænomen alibi ſcripſimus. Nepos autem etiam cognomē eſt, hinc Cornelius Nepos, hinc Q. Metellus Nepos, cuius meminit Plutarchus in vita Ciceronis. Quaſi exempli cauſa) Antiquos fuiſſe meliores multis ſcriptorum monimentis comprobatum eſt. Id quo verius eſſe cognoſcatur, aliqui ſunt viri optimi, qui poſſunt eſſe cauſæ exempli antiquæ illius virtutis. Quam occiſus in proſcriptis) Vt Sex. Roſcius pater poſtq̄ occiſus eſt, in proſcriptorum tabulas relatus eſt. Veterem) id eſt callidum veteratorem, & malitia exercitatū.

Procraſtinare.
Cęcilia.
Fœminarū noīa.
Nepos.

Qui de ea re &c.) Qui cauſam omni ſuſpicione carētem, ſuſpicione poſſet implere, & facere veriſimile a Sex. Roſcio patrem occiſum eſſe. Ita loqui homines) id eſt Roſcii aduerſarii loquebantur. Non quod ita eos locutos ſciat Cicero, ſed eos ita locutos veriſimile eſt. Quod iudicia tādiu facta nō eſſent) L. enim Sylla iudicandi poteſtatem ademit equitibus Romanis, eamque Senatoribus conceſſit, poſtq̄ remp. ordinare cœpit. Quid primum querar) Illud aliquando fit in fine narrationis, vt velut indignitate & atrocitate rei quam narramus ex ordine recto depulſi exclamemus ad indignitatem rei & atrocitatem augēdam, vt hoc loco fecit Cicero. Vt idem fecit pro A. Cluentio circa nuptias Saſſiæ, O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc vnam in omni vita inauditum. O libidinem effrenatam, & indomitam: O audaciam ſinglarem, &c. Hanc exclamationem Quintilianus libro quarto appellat egreſſionem. In fine huiuſmodi narrationis non dicitur quid conueniat cum reo, & de quo cōtrouerſia ſit.

Quid primum querar? aut vnde potiſſimum exordiar Iu-
dices? aut quod, aut à quibus auxilium petam? Deorum
ne immortalium? populi ne Romani? veſtram ne, qui ſum-
mam poteſtatem habetis, hoc tempore fidem implorem?
Pater occiſus nefarie, domus obſeſſa, ab inimicis bona adē-
pta, poſſeſſio direpta: filii vita infeſta, ſæpe ferro atque in-
ſidiis appetita. quid ab his tot maleficiis ſceleris abeſſe vi-
detur? tamen hæc aliis nefariis cumulant, atque adaugēt.
Crimen incredibile confingunt, teſtes in hunc & accuſato-
res huiuſce pecunia comparant, hanc conditionem miſero
ferunt Roſcio, vt optet, vtrum malit ceruices dare, an in-
ſutus in culeum ſupplicium parricidarum per ſummũ de-
decus vitam amittere? Patronos huic defuturos putaue-
runt, deſunt. Qui libere dicat, qui cum fide defendat, id
quod in hac cauſa eſt ſatis, quoniam quidem ſuſcepi, non
deeſt profecto Iudices. Et forſitan in ſuſcipienda cauſa te-
mere impulſus adoleſcentia fecerim: quoniam quidem ſe-
mel ſuſcepi, licet Hercules vndique omnes in me terro-
res, periculaque impendeant omnia, ſuccurram atque
ſubibo. Certum eſt, deliberatumque, quæ ad cauſam per-
tinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam li-
benter, audacter, libereque dicere. Nulla res tanta exiſtat
Iudices, vt poſſit vim mihi maiorem adhibere metus, q̃ fi-
des. Etenim quis tam diſſoluto animo eſt, qui hæc cum vi-
deat, tacere ac negligere poſſit? patrem meum, cum pro-
ſcriptus non eſſet, iugulaſtis: occiſum in proſcriptorum
numerum retuliſtis, me domo mea per vim expuliſtis, pa-
trimonium meum poſſidetis. quid vultis amplius? etiam
ne ad ſubſellia cum ferro atque telis veniſtis, vt hic aut iu-

Cõparant accuſatores pecunia.

guletis aut condemnetis Sex. Roſcium ? Hominem lon-
ge a..daciſſimũ nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriam: F imbria.
& , ..uod inter omnes conſtat, niſi inter eos qui ipſi quoq; Q. Scęuo.laus.
inſaniunt, inſaniſſimum.

Quid primum querar) Dubitatio eſt, quæ aliquam fidem veritatis affert, quũ
ſimulamus quærere nos, vnde incipiendum, vbi deſinendum, quid potiſſimum
dicendum, an omnino dicendum ſit. Vt pro A Cluentio, Equidem quod ad me
attinet, quo me vertam neſcio. Negem fuiſſe illam infamiam iudicii corrupti ?
negem illam rem agitatam in concionibus? iactatam in iudiciis, commemora-
tam in Senatu? &c. Fidem) id eſt auxilium. Pater occiſus nefarie.) Per ca-
pita repetit quæ narrauit. vt turba valeant, quæ diſperſa minus mouere vide-
bantur, ſingula verbis atrocioribus amplificat. Poſſeſſa direpta) In codicibus
aliis melius ſcriptum mihi videtur, poſſeſſio direpta. Vita infeſta) id eſt vitæ
Sex. Roſcii malum impendet. Infeſtum enim actiue dici & paſſiue ſcribit A.
Gellius libro.ix. tam pro eo qui malum infert cuipiam, quàm cõtrà, pro eo cui
aliunde malum impendet. Appetita) id eſt valde & diligenter petita. Quid
ab his tot maleficiis) Artificioſum illud eſt, vt quum rem amplificamus, vbi ea
videbitur maxima, quæramus quid ei accedere poſſit. ſignificãtes eam maiorem
eſſe non poſſe: poſtea aliud adiungamus, quo eam maiorem efficiamus. Ferunt)
id eſt offerunt. Roſcio) Magno. Vitam amittere) Vt pro Milone, Qua in
turba C. Vibienus Senator vir optimus cum hoc quum eſſet vnà ita eſt mu-
tilatus, vt vitam amiſerit. Amittere valetudinem idem dicit libro Epiſtolarũ
familiarium.ix. Ipſe melior fio valetudine, quam intermiſſis exercitationibus Amittere
amiſeram. Quam fides) patrocinii ſuſcepti. Diſſoluto) id eſt ignauo & deſi- vitã & va-
dioſo. Patrem meum quum proſcriptus non eſſet) Quod litigatoris perſo- letudinẽ.
nam induat, magis mouet affectus. Hominem longe audaciſſimũ) T. Liuius
dicit lib.lxxxii. vltimæ audaciæ hominẽ fuiſſe C. Fimbriam. De morte Scæuo-
læ huic & Appiano cum Cicerone non conuenit. Quum enim C. Marius filius
Pręneſte a L. Sylla obſideretur, deſperatis rebus, vt hoſtes occideret, ad Brutum Scęuolæ
Prætorem mittit, vt Senatũ velut alia ex cauſa conuocet, ſuoſque inimicos in- mors.
terficiat. P. igitur Antiſtium, Papyrium Carbonem, alterum in ipſo Senatu,
L. Domitium effugientem in Curiæ exitu, Mutium Scæuolam Pont. Max. in
veſtibulo Veſtæ, quo confugerat Brutus interfecit, vt ait Appianus libro de bel
lis Ciuilibus primo. T. vero Liuius libro.lxxxvi. a L. Domitio Prætore non a
Bruto Marii iuſſu hos dicit interfectos. Sed Ciceronis ſententia ſequenda eſt,
qui non multo ante Scęuolæ operam dederat.

Is cum curaſſet in funere C. Marii, vt Q. Scæuola vulneraretur, vir ſanctiſſimus atque ornatiſſimus noſtræ ciuitatis: de cuius laude neque hic locus eſt vt multa dicantur, neque plura tamen dici poſſunt, quàm populus Romanus memoria retinet: diem Scæuolæ dixit, poſteaquàm comperit eum poſſe viuere. Cum ab eo quæreretur, quid tandem accuſaturus eſſet eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quiſquàm ſatis commode poſſet: aiunt hominem (vt erat furioſus) reſpondiſſe, Quòd non totum telum corpore recepiſſet. Quo populus Romanus nihil vidit indignius, niſi eiuſdem viri mortem. quæ tantum potuit, vt omnes ciues ſuos perdiderit & afflixerit. Quos quia ſeruare per compoſitionem volebat, ipſe ab his interemptus eſt. Eſt ne hoc illi dicto atque facto Fimbriæ non ſimillimum? Accuſatis Sex. Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit: quia ſe occidi paſſus non eſt. Illud quia in Scæuola factum eſt, magis indignum videtur. Hoc, quia fit a Chryſogono, non eſt ferendum. Nam per deos immortales, quid eſt in hac cauſa quod defenſionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit? aut oratoris eloquentiam magnopere deſiderat? Totam cauſam Iudices explicemus, atque ante oculos expoſitam conſideremus. Ita facillime quæ res totum iudicium contineat, & quibus de rebus nos dicere oporteat, & quid vos ſequi conueniat, intelligetis. Tres ſunt res quantum exiſtimare poſſum, quæ obſtent hoc tempore Sex. Roſcio, crimen aduerſariorum, & audacia, & potentia. Criminis confictionem accuſator Erucius ſuſcepit: audaciæ partes Roſcii ſibi popoſcerunt: Chryſogonus autem is, qui pluri-

mum poteſt, potentia pugnat. De hiſce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur eſt? non eodem modo de omnibus. Ideo, ꝙ prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis populus Romanus impoſuit.

Eum poſſe viuere) id eſt vulnus mortiferum non eſſe. Quod non totum telum &c.) id eſt quod ſatis alte vulneratus non eſſet. Telum recepiſſet) Vt in libro Tuſculanarum Quæſtionum ſecundo, Quis quum decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit? Quæ tantum potuit) Id illam habet vt arbitror ſententiam, Q. Scæuola inter Syllam eiuſque inimicos ſeditiones ciuiles componere conabatur, C. Marius Scæuolam omnemque nobilitatem odio Syllæ curauit interficiēdam. Id Sylla vt vlciſceretur, omnes inimicos ſuos, quique iis fauiſſent e medio ſuſtulit. Per compoſitionem) id eſt per concordiam, & inter eos componendo. Componere enim eſt lites & concordias ſedare. Virg. in Buc. Non noſtrum inter vos tantas componere lites. Quod defenſionis indigeat) Priſcianus libro. xviii. præcipiens a Latinis dici indigeo illius rei, illam rem, & illa re, hunc Ciceronis locum citat. Oſtendit autem Cicero hoc crimen ab aduerſariis ita confictum eſſe, vt a patrono etiā minus ingenioſo & eloquente facile defendi poſſit. Totam cauſam Iudices explicemus) Factis narratione & egreſſione ad probationes accedere ſe ſignificat, quo attentiores faciat Iudices. Quid vos ſequi) in ferēda ſententia ſcilicet. Tres ſunt res) Partitio eſt. quā partem orationis eſſe Quintilianus negat. Ea autē vſus Cicero raro eſt, niſi hoc loco, & pro A. Cluentio, & pro L. Murena. Eius autē tres partes fecit, eaque patronus quàm accuſator vti poteſt commodius. Roſcii) Magnus & Capito. De omnibus) dicā ſcilicet. Vobis pop. Rom. impoſuit) Significare videtur L. Syllam q̃uis rerum potitus eſſet, po. Romano id reliquiſſe, vt ab eo iudicandi poteſtatem iudices, quos ipſe conſtituit, haberent: vtque legibus populi Romani ipſi iudicarent. Vt pro A. Cluentio, Hanc, inquit, legem ne quis iudicio circūueniretur, C. Gracchus tulit. Eam legem pro plebe non in plebem tulit. Poſtea L. Sylla homo a populi cauſa remotiſſimus, tamen cum eius rei quæſtionem hac ipſa lege conſtitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Romanum quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare nouo quæſtionis genere auſus non eſt. Vt igitur populum Romanum alligare hoc nouo quæſtionis genere auſus non eſt Sylla, ita id reliquiſſe videtur vt a populo Romano Iudices poteſtatem iudicandi haberent.

Recipere telum.

Cōponere.

Ego crimen oportet diluam: vos & audaciæ reſiſtere, & hominum eiuſmodi pernicioſam atque intolerandam potentiam primo quoque tempore extinguere atque opprimere debetis. Occidiſſe patrem Sextus Roſcius arguitur. Sceleſtum dii immortales ac nefarium facinus, atque eiuſmodi, quo vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. Etenim ſi id quod præclare à ſapientibus dicitur, vultu ſæpe læditur pietas, quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti? pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iura diuina atque humana cogebant. In hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro extitit, vt ſiquando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile numeretur, quibus tandem te C. Eruci argumentis accuſatorem cenſes vti oportere? nonne & audaciam eius, qui in crimen vocetur, ſingularem oſtendere, & mores feros, immanémque naturam, & vitam vitiis flagitiiſque omnibus deditam, & denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? quorum tu nihil in Sextum Roſcium, ne obiiciendi quidem cauſa contuliſti. Patrem occidit Sextus Roſcius? Qui homo? Adoleſcentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? annos natus magis quadraginta.

Parricidii immanitas.

Sceleſtum dii immortales) Auget criminis atrocitatem, vt minus credibile ſit tantum crimen a Roſcio admiſſum eſſe. Idem poſtea facit amplius. Complexa) Priſcianus libro.ix. pręcipiens a verbis deponentibus participia preteriti temporis ducta accipi etiam paſſiue, hunc locum Ciceronis citat. Vultu ſæpe læditur pietas) Vultus a mente fingitur, vt ait Cicero libro Tuſculanarũ quæſtionum tertio. Eſtque vultus, vt idem in Piſonẽ ait, ſermo quidam mentis tacitus. Qui igitur in parentes vultu nubilo irato acerbo importuno eſt, quãuis eos neque dicto neque facto vllo lædat, is impius eſt: Qui vero parentes pulſat

Offerre mortem.

aut necat impius maxime eſt. Acre) id eſt acerbum & vehemens. Mortem obtulerit parenti) id eſt parentem necauerit. Vt paulo poſt, Illud incredibile eſt, mortem oblatam eſſe patri a filio. Portenti ac prodigii) Portenta & prodigia contingunt rariſſime, eaque quum contingunt, ſæpe rem malam portendunt. Itaque oſtenta portenta monſtra prodigia appellata eſſe Cicero dicit libro de Diuinatione primo, qui oſtendunt portendũt, monſtrant, prædicũt. Nõne & audaciam) Illud artificioſum eſt, quia nemo repente fit malus vt ait Quintilianus, crimen magis veriſimile faciemus ſi oſtendamus aduerſariũ alias idem crimen, aut ſimile, commiſiſſe, ſi mores eius & vitam anteactam huiuſmodi fuiſſe dicamus, vt ab eo non abſit criminis huius ſuſpicio. Nonne & audaciam eius) Vt ſit argumentum a natura animi. In crimen) id eſt in criminoſum iudicium.

Profligare.

Profligata) id eſt ad perniciem interitumq; deducta. Profligare enim ab affligendo inclinatum prodigere eſt & deperdere. Inde profligatas res quaſi proflictas & deperditas appellare ſolent ii qui diligenter loquũtur, vt eſt apud A. Gellium cap. v. libro. xv. quo eodem in loco negat ædificia, templa, aliaque fere multa, quæ prope abſoluta ſint & affecta, dici profligata. In ea re in qua dicit Gellius perſæpe dicitur. M. Cælius apud Quintilianum libro quarto, Ipſum offendunt temulento ſopore profligatum. Cicero lib. de Oratore tertio, Neque vero eſſe mirandum ſi quum ſuis conſiliis rempublicam profligaſſet, conſilium Senatus a republica repudiaret. Idem pro P. Seſtio, Diſputauit etiam multa prudenter, ita de me illum amentiſſimum & profligatiſſimum hoſtem pudoris & pudicitiæ ſcripſiſſe quæ ſcripſerat. Actione in Verrem ſecunda, Vſque eo Senatoria iudicia perdita profligataque eſſe arbitrabatur. Hũc locum enarrans Aſconius, Prius, inquit, voluit eſſe profligata quâm perdita. Nam perditum quod inueniri non poteſt, profligatum quod poteſt. In hanc ſententiam inductum eſſe Aſconium arbitror, quod profligatum poſtpoſuerit Cicero. Orationem autem creſcere debere tradunt ſcriptores artium. Sed alibi Ciceronem poſtpoſuiſſe attendimus. Vt pro C. Rabirio, Nemo eſt, inquam, inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, qui ſe in Capitolio fuiſſe cum Saturnino fateretur. Sed in qua ſignificatione A. Gellius negat, in ea Cicero dixit in libro Tuſculanarũ quæſtionum quinto. Atqui ſi ita eſt, profligata iam hæc, & pene ad exitum adducta quæſtio eſt. Obiiciendi) id eſt maledicti. Maledicta enim præter crimen id, quod cauſæ proprium, obiici ſolita eſſe alio loco diximus. Adoleſcentulus) Hoc dicit Cicero, non quòd ita ſit, ſed tanquàm quod Erucius dicere debuerit, vt crimen parricidii eſſet credibile.

Plus ãpli⁹ & magis cũ numeralibus.

Magis quadraginta) Plus amplius & magis ita adiũgũtur a doctis nominibus numeralibus vt vulgus ſolet adiungere quàm. Plus millies audiui. Imperiti dicerent pluſ q̃ millies, De hoc dicẽdi genere alio loco plura ſcribemus.

Vetus videlicet ſicarius, homo audax, & ſæpe in cęde verſatus ? at hoc ab accuſatore ne dici quidem audiſtis. Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates, ad hoc ſcelus impulerunt. De luxuria purgauit Erucius, cum dixit, hunc ne in conuiuio quidem vllo fere interfuiſſe. nihil autem vnquàm debuit. Cupiditates porro quæ poſſunt eſſe in eo, qui (vt ipſe accuſator obiecit) ruri ſemper habitarit, & in agro colendo vixerit ? quæ vita maxime diſiuncta a cupiditate, & cum officio coniuncta. Quæ res igitur tantum iſtum furorem Sex. Roſcio obiecit ? Patri inquit non placebat. Patri non placebat ? quam ob cauſam ? Neceſſe eſt enim eam quoq; iuſtam & magnam & perſpicuam fuiſſe. Nam vt illud incredibile eſt, mortem oblatam eſſe patri a filio, ſine plurimis & maximis cauſis, ſic hoc veriſimile non eſt, odio fuiſſe parenti filium ſine cauſis multis, & magnis, & neceſſariis. Rurſus igitur eodem reuertamur, & quæramus, quæ tanta vitia fuerint in vnico filio, quare is patri diſpliceret. At perſpicuum eſt, nullum fuiſſe. Pater igitur amens: qui odiſſet eum ſine cauſa, quem procrearat. At is quidem fuit omnium conſtantiſſimus. Ergo illud iam perſpicuum profecto eſt, ſi neque amens pater, neque perditus filius fuerit, neque odii cauſam patri, neque ſceleris filio fuiſſe. Neſcio inquit quæ cauſa odii fuerit, fuiſſe odium intelligo: quia antea, cum duos filios haberet, illum alterum, qui mortuus eſt, ſecum omni tempore volebat eſſe, hunc in prædia ruſtica relegarat. Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accuſatione, idem mihi vſu venit in cauſa optima. Ille quomodo crimen commen-

titium confirmaret,non inueniebat: ego res tam eues,qua †ratione infirmem ac diluam, reperire non poſſum. Quid ais Eruci? tot prædia tam pulchra, tã fructuoſa Sex. Roſcius filio ſuo relegationis ac ſupplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? quid hoc?

†oratione.

Vetus ſicarius) Vt ante dixit veterem gladiatorem. Sæpe in cæde verſatus) id eſt qui multos occidit, vel in occidẽdis hominibus ſicariorum ſæpe adiutor fuit. Indomitæ animi cupiditates) id eſt libidines. De luxuria) Luxuriam diximus nimis magnam rerum abundantiam & ſumptum, qualis eſt in veſtimentis & in conuiuiis. Purgauit) Cauendum eſt oratori ne dicat, quod cauſam ſuam lædat, aut aduerſarii cauſam adiuuet. In conuiuio interfuiſſe) Intereſſe conuiuio, & in cõuiuio ſcribimus pro M. Fonteio. Nihil autem vnq̃ debuit) Æris igitur alieni magnitudo eum ad hoc ſcelus non impulit. In eo qui ruri ſemper habitauit) Multo plura ſunt in vrbe, quam ruri cupiditatũm lenocinia. Qui etiam ruri aſſiduus in opere eſt, nullis huiuſmodi cupiditatibus mouetur. Itaque apud Lucianũ, Cupido quum deos omnes pene reliquos vulnerauerit, negat ſe aſſequi potuiſſe Dianã, venationi in ſyluis & montibus perpetuo intentam, nec vnquam ocioſam, vt eam vulneraret. Cum officio) id eſt cum recte & honeſte factis, cum virtute. Officium enim ab efficiendo dictum, recte factum eſt, quod ſcilicet vnicuique perſonæ congruit. Agricolę ſimpliciores ſunt vrbanis. Inde aſtuti appellati. Nam, vt ait Aſconius in actionem ſecũdam in Verrem, vrbs aſtu dicitur. Terentius in Eunucho, An in aſtu venit, id eſt in vrbem, vt ait Donatus. Virum bonum quum laudabant maiores noſtri, inquit Cato de re Ruſtica, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum. Romulus, vt ait Dionyſius Halicarnaſeus libro ſecundo, duas tantum partes ciuibus ſuis lege conceſſit, agriculturæ & belli gerendi. His enim rebus homines fieri temperantiores, & veneriis rebus, aliiſque cupiditatibus minus obnoxios putabat. Tãtum iſtum furorem) vt patrem necaret. Neceſſe eſt enim eam quoq; iuſtam) Magnum enim quẽdam amorem inter parentes & liberos natura genuit, qui ſine magna cauſa dirimi non poſſit. In vnico filio) Filius vnicus parenti multo charior eſt. Si is igitur patri odio ſit, magnum eius vitium, aut patris amentiã eſſe oportet. Nullum) vitiũ. Fuit conſtãtiſſimus) id eſt nõ fuit amens. Tanq̃ id dicat accuſator: eſt autem hic locus dialogo ſimilis. Sceleris) id eſt parricidii. Hũc in prędia ruſtica relegarat) Authore Dionyſio Halicarnaſeo libro. 2. Romulus omnẽ patribus per omne tẽpus vitę in filios poteſtatẽ lege dedit, ſiue coercere, ſiue verberare, ſiue vinctos ruſtico operi detinere, ſiue etiam occidere mallent. Nugatoria) id eſt ficta & leui.

Intereſſe in cõuiuio.

Officium.

Aſtutus.

Agriculturę laus.

Patris in filios poteſtas.

Patres familiæ, qui liberos habent, præſertim homines illius ordinis, ex municipiis ruſticanis, nonne optatiſſimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maxime ſeruire? & in prædiis colendis operæ plurimum ſtudiique

Amãdare. conſumere? An amandarat hunc ſic, vt eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? vt commodis omnibus careret? quid ſi conſtat, hunc non modo colendis prædiis præfuiſſe, ſed certis fundis patre viuo frui ſolitum eſſe?

Vita attenta. tamen ne hæc attenta vita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur? Vides Eruci quantum diſtet argumentatio tua ąb re ipſa, atque a veritate. Quod conſuetudine patres faciunt, id quaſi nouum reprehendis. Quod beneuolentia fit, id odio factum criminaris. Quod honoris cauſa pater filio ſuo conceſſit, id eum ſupplicii cauſa feciſſe dicis. Neq; hæc tu non intelligis, ſed vſque eo quid arguas, non habes, vt non modo tibi contra nos dicendum putes, verum etiam contra rerum naturam, contraque conſuetudinem hominum, contraque opiniones omnium. At enim cum duos filios haberet, & alterum a ſe non dimittebat, alterum ruri eſſe patiebatur. Quæſo Eruci vt hoc in bonam partem accipias, non enim exprobrandi cauſa, ſed cõmonendi gratia dicam. Si tibi fortuna non dedit vt patre certo naſcerere, ex quo intelligere poſſes, qui animus patrius in liberos eſſet, at natura certe dedit, vt humanitatis non parum haberes. Eo acceſſit ſtudium doctrinæ, vt ne a literis quidem alienus eſſes. Quid tandem tibi videtur (vt ad fabulas veniamus)

Patres familiæ) dicuntur etiam patresfamilias,& patreſſamiliarum. Homines illius ordinis) equeſtris. Ex municipijs ruſticanis) Municipiorum duo genera eſſe ſignificat, vt alia ſint vrbana, alia ruſticana. Rei familiari ſeruire) id eſt rem familiarem curare & adminiſtrare. In prędijs colēdis, operę plurimum ſtudijq́ue conſumere) Vt paulo poſt, In agris quoq́ue colendis aliquantum operę temporisq́ue conſumpſerint. An amandarat) Amandare hominem eſt homini mandare cauſa odij vt a nobis alio diſcedat.i.remouere. Nam particula a vel ab in cōpoſitione aliquando ſignificat ab aliquo. Vt auertere, auferre, aſportare. Ideo amādare remouere ſignificat. Vt in libro de Natura Deorum ſecundo, Vt in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribuſq́ue dominorum ea quæ profluentia neceſſario tetri eſſent aliquid habitura, ſic natura res ſimiles procul amandauit a ſenſibus. Ad villam) id eſt ad rem ruſticam, ad agrum colendū. Certis fundis frui) id eſt certorum fundorū fructus capere. Attenta) id eſt dura & laborioſa, ab attēdendo. Neq́ue hęc tu non intelligis).i. tu hęc intelligis. Contra nos).i. cōtra Roſcium. Contra rerū naturā) quod dicas filium patri odioſum. Cōtra cōſuetudinem.) Id enim cōſuetudine patres faciūnt, quod quaſi nouum reprehendis. Cōtra opiniones omnium) Id beneuolentię cauſa fieri omnes opinantur, vt liberos ſuos patreſſamilię colendis agris præficiant. At enim) Hoc Erucij dictū Cicero proponit vt refutet. Dimittebat) Amittere pro dimittere veteres hac in re dixiſſe Donatus ſcribit. In bonam partem accipias) Ita fere Cicero dicit. Boni conſulas ſępius dicūt recētiores. Exprobrādi).i. vituperandi & probro vertēdi. Qua in re dicitur a Quintiliano lib. iiij. Nihil his nec credibilius fingi, nec vehementius exprobrari, nec manifeſtius oſtendi poteſt. Aliter exprobrare eſt collatum in aliquē beneficium obijcere, quod vulgo dicunt reprocare. Vt in Andria Terentij, Iſtęc cōmemoratio, Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Et in pri. de Off. Odioſum eſt genus hominū officia exprobrantiū. Fortuna nō dedit) Quod legitimis nuptijs vel cōtra, naſcamur, id a fortuna eſt. Vt patre certo).i. legitimo matrimonio. Authore Modeſtino Iuriſc. lib. Digeſt. 1. titulo de ſtatu hominum vulgo cōcepti dicūtur qui patrē demōſtrare nō poſſunt, vel qui poſſūt quidē, ſed eū habēt, quē habere nō licet, qui & ſpurij appellātur παρὰ τὴν σποράν. Spurij autem ideo appellantur, quod authore Plutarcho in Problematis Latini prænomina non ſcribunt integra, ſed aut vna litera, vt T. L. M. aut duabus, vt Cn. aut tribus vt Sex. Seruilius. Eſt autem Spurius inter ea prænomina, quæ duabus literis notantur Sp. quibus iiſdem literis ſcribunt, quū ſine patre dicūt. Hoc igitur errorem fecit, quod ſine patre & Spurius iiſdem literis.i. Sp. ſcribitur. Nothū qui nō ſit legitimus, Gręci vocant. Latinū rei nomen, vt Cato quoq́ue in oratiōe quadā teſtatur, nō habemus: ideoq́ue vtimur peregrino. Author eſt Quintil. lib. 3. Patre certo naſcerere) Naſci patre & naſci ex patre dicimus. Eo acceſſit ſtudiū doctrinę) Natura & doctrinę ſtudijs boni more cōparātur. Vt ad fabulas veniamus) A fabulis nonnunq̄ fieri probationem paulo poſt dicemus.

Patreſfamiliæ

Conſumere operam.

Amādare hominem.

In bonam partem accipias.

Exprobrare.

Vulgo concepti.

Spurij.

Nothus.

Naſci patre & ex patre.

Senex ille Cęcilianus minoris facere Eutychum filium ruſticum, quàm illum alterum Chereſtratum? nam vt opinor hoc nomine eſt, alterum in vrbe ſecum honoris cauſa habere? alterum rus ſupplicii cauſa relegaſſe? Quid ad iſtas ineptias abis, inquies? quaſi vero mihi difficile ſit quamuis multos nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribuleis, vel vicinos meos, qui ſuos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas aſſiduos eſſe cupiunt. Verum homines notos ſumere odioſum eſt, cum & illud incertum ſit, velint ne hi ſeſe nominari: & nemo vobis magis notus futurus ſit, quàm eſt hic Eutychus: & certe ad rem nihil interſit, vtrum hunc ego comicum adoleſcentem, an aliquem ex agro Veiente nominem. Etenim hæc conficta arbitror à poetis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſámque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. Age nunc, refer animum ſis ad veritatem, & conſidera non modo in Vmbria, atque in ea vicinitate, ſed in his veteribus municipiis, quæ ſtudia à patribuſfamilias maxime laudentur: iam profecto te intelliges inopia criminum, ſummam laudem Sexto Roſcio vitio & culpæ dediſſe. At non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt, ſed permultos & ego noui, & (niſi me fallit animus) vnuſquiſque veſtrum, qui & ipſi incenſi ſunt ſtudio, quod ad agrum colendum attinet, vitamque hanc ruſticam, quam tu probro & crimini putas eſſe oportere, & honeſtiſſimam & ſuauiſſimam eſſe arbitrantur. Quid cenſes hunc ipſum Sextum Roſcium, quo ſtudio, & qua intelligentia eſſe in ruſticis rebus? vt ex iis propinquis eius hominibus honeſtiſſimis audio, non tu in iſto

Comici figmenti cauſa.

Si p ſis vis.

Agriculturæ laus.

artificio accuſatorio callidior es quàm hic in ſuo. Verum, vt opinor, quoniam ita Chryſogono videtur, qui huic nullum prædium reliquit, & artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat, licebit. Quod tametſi miſerum & indignum eſt, feret tamen æquo animo Iudices, ſi per vos vitam & famam poteſt obtinere.

Cæcilianus) quem Cęcilius comicus inducit. Ad iſtas ineptias) id eſt fabulas. Quamuis) id eſt quantumuis. Ne longius abeam) id eſt ne alienos dicam, vel longinquos. Tribules) id eſt de mea tribu. Tribules meos, tuos, ſuos, noſtros & veſtros dicimus, non contribules, vt alibi ſcribimus amplius. Vicinos meos) id eſt qui Arpino vicini ſunt. Aſſiduos) id eſt continuos, ab aſſidendo. Nam ab aſſe dando aſſiduus pro locuplete dicitur, vt ſcribit Cicero in Topicis.

Tribulis & cõtribulis.

Homines notos ſumere odioſum eſt) Id autem ita odioſum eſt, vt Cicero de Claris Oratoribus ſcribens ſtatuiſſe ſe dicat, eorum qui viuerent nominare neminem. Eius conſilium ſecutus eſt Quintilianus libro decimo. Ex agro veiēte) qui eſt in Etruria. Refer animum ſis) Veteres ad leniendum imperium verbi imperatiui his vocibus vtebantur, vt ſis ſultis ſodes &c. vt ante diximus. Non modo in Vmbria. Vmbrorum gens, vt ait Plinius libro tertio antiquiſſima Italiæ exiſtimatur, vt quos Vmbrios a Græcis putent dictos, quòd inundatione terrarum hymbribus ſuperfuiſſent. In Vmbria autem Ameria eſt. Vnuſquiſque veſtrum) nouit. Intelligentia) id eſt cognitione & ſcientia. Vt in libro de Officijs primo, Illi ipſi doctrinæ ſtudijs & ſapientiæ dediti ad hominum vtilitatem ſuam ſapientiam, prudentiam, intelligentiamque potiſſimum conferunt. Idem in tertio, Intelligentiam pro prudentia dicit, Nec vlla pernicies vitæ maior inueniri poteſt, quàm in malitia ſimulatio intelligentiæ.

Sis cũ imperatiuo.

Intelligentia.

Ex ijs propinquis) id eſt cognatis, qui adſunt, vt pro Roſcij ſalute deprecentur. Hominibus honeſtiſſimis) Hoc dicit, quo facilius ijs credatur. In iſto artificio accuſatorio callidior es) Odioſum Iudicibus & ſuſpitioſum aduerſarium facit, quòd tam callidus artifex ſit. Ars enim iudicibus ſuſpitioſa eſt, ideo Quintilianus artificioſum cenſet eſſe artem occultare ne a iudicibus depræhendatur. Artificium) id eſt agri colendi ſcientiam. Omnis enim ſcientia niſi excolatur & exerceatur, eam facile obliuiſcimur. Feret tamen æquo animo. Oſtendit ex comparatione eorum quæ Roſcius paſſurus ſit ſi damnetur, leuia eſſe ea quæ alioqui ferenda non eſſent, quæ æquo animo feret, ſi abſoluatur.

Hoc vero eſt, quod ferri non poteſt, ſi & in hanc cala mitatem venit propter prædiorum bonitatem, & multi tudinem. & quòd ea ſtudioſe coluit, id erit ei maxime fraudi: vt parum miſeriæ ſit, quòd aliis coluit, non ſibi, niſi etiam quòd omnino coluit, crimini fuerit. Næ tu Eru ci accuſator eſſes ridiculus, ſi illis temporibus natus eſ ſes, cum ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent. Etenim qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profe cto illum Attilium, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant conuenerunt, hominem turpiſſimum at que inhoneſtiſſimum iudicares. At hercule maiores noſtri longe aliter, & de illo, & de cæteris talibus viris exiſti mabant. itaque ex minima tenuiſſimáque R. P. maximam & florentiſſimam nobis reliquerunt. ſuos enim agros ſtu dioſe colebant, non alienos cupide appetebant. Quibus rebus, & agris, & vrbibus, & nationibus, Rempublicam atque hoc Imperium, & Populi Romani nomen auxe runt. Neque ego hæc eo profero, quo conferenda ſint cum hiſce, de quibus nunc quærimus: ſed illud intelligatur, cum apud maiores noſtros ſummi viri, clariſſimique ho mines, qui omni tempore ad gubernacula Reipublice ſe dere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquan tum operæ temporiſque conſumpſerint, ignoſci oportere ei homini, qui ſe fateatur eſſe ruſticum, cum ruri aſſi duus ſemper vixerit. cum præſertim nihil eſſet, quod aut patri gratius, aut ſibi iucundius, aut re vera honeſtius fa cere poſſet. Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc opinor oſtenditur Eruci, quòd hunc ruri eſſe patieba tur. nunquid eſt aliud? Immo vero inquit eſt. nam iſtum

Attilius Seranus.

exhæredare in animo habebat. Audio, nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat.

In hanc calamitatem) vt damnatus vitam & famam amittat. Fraudi) id eſt vitio. De qua voce alio loco ſcripſimus. Aliȷs) id eſt T. Roſciȷs & Chryſogono. Nę) id certe. Si illis temporibus) Argumentum a fictione) Quum ab aratro) Plinius cap. tertio libri. xviij. ſcribens Romanos priſcos paucis agrorum iugeribus contentos fuiſſe quod eſſent fœcundi, Quęnam, inquit, tantæ vbertatis cauſa erat? Ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, vt fas eſt credere, gaudente terra vomere laureato & triumphali aratore. Siue illi eadem cura tractabant ſemina, qua bella: eademq; diligentia arua diſponebant, qua caſtra: ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curioſius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores Seranum vnde cognomen. Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam: & quidem, vt tradit Norbanus, nudo plenoque pulueris etiamnum ore. Cui viator, Vela corpus, inquit, vt proferam Senatus populiq; Romani mandata. Tales tum etiam viatores erant, quibus id ipſum nomen eſt, ſubinde ex agris Senatum duceſque accerſentibus. Illum Attilium) Seruius exponens illud ex libro Aeneidos ſexto, Vel te ſulco Serane ſerentem. Attilius, inquit, quidam Senator fuit, qui quum agrum ſuum coleret, euocatus propter virtutem meruit Dictaturam. Seranus autem a ſerendo dictus eſt. Attilium Seranum Aedilem fuiſſe poſt ſecũdum bellum Punicum anno ab Vrbe condita DLVIII. Valerius libro ſecundo ſcribit, titulo de inſtitutis antiquis. Sed temporis ratio facit, vt de hoc Attilio non putem hoc loco intelligendum. Paulo enim poſt ſecundum bellum Punicum cœperunt Romani diuitias amare, & agriculturam minoris facere. De Attilio Calatino puto intelligendum, qui Dictator fuit in primo bello Punico, vt ait T. Liuius libro. decimonono. De hoc autem Valerius libro quarto, titulo de Paupertate. Attilium, inquit, qui ad eum accerſendum a Senatu miſſi erant, ad Imperium populo Romano ſuſcipiendum, ſemen aſpergentem viderunt. Sed illæ ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſtabiliuerunt, ingenteſq; hoſtium copias peſſunderunt. Is poſt triumphum agriculturam repetiuit. Hunc eſſe arbitror, qui Seranus primus cognominatus ſit. Quo conferenda) id eſt vt conferenda, niſi legere malis, quod conferenda. Quærimus) id eſt quęſtio & controuerſia eſt. Illo enim tempore quo Seranus erat, ſtudium agriculturę honeſtius erat. Sedere) id eſt manere & expectare. Terẽtius in Adelphis, An ſedere oportuit Domi virginem tam grandem, dum cognatus huc illinc veniret expectantem. Opinor) Ironia eſt. Nũc dicis aliquid quod ad rẽ pertineat) Si probaret Erucius Roſcium voluiſſe exhęredare filium, ea res parricidȷj ſuſpitionem afferre poſſet.

Agri quidam fœcũdiores.

Attilius. Seranus.

Sedere.

Nam illa opinor tu quoque concedis leuia eſſe atque inepta: conuiuia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum quidem niſi perraro veniret. domum ſuam iſtum non fere quiſquàm vocabat. nec mirum, qui neque in vrbe viueret, neque †rure vocaturus eſſet. Verum hæc quoque tu intelligis eſſe nugatoria. Illud quod cœpimus, videamus, quo certius argumentum odii reperiri nullo modo poteſt. Exhæredare pater filium cogitabat. Mitto quærere, qua de cauſa. quæro, qui ſcias? tametſi te dicere atque enumerare cauſas omneis oportebat: & id erat certi accuſatoris officium, qui tanti ſceleris argueret, explicare omnia vitia, atque peccata filii, quibus incenſus parens potuerit animum inducere, vt naturam ipſam vinceret, vt amorem illum penitus inſitum eiiceret ex animo, vt denique patrem eſſe ſeſe obliuiſceretur. quæ ſine magnis huiuſce peccatis accidere potuiſſe non arbitror. Verum concedo tibi, vt ea prætereas, quæ cum taces, nulla eſſe concedis. Illum quidem voluiſſe exhæredare, certe tu planum facere debes. quid ergo affers, quare id factum putemus? vere nihil potes dicere. finge aliquid ſaltem commode, vt ne plane videaris id facere, quod aperte facis, huius miſeri fortunis, & horum virorum talium dignitati illudere. Exhæredare filium voluit. quam ob cauſam? neſcio. exhæredauit ne? non. quis prohibuit? cogitabat. cogitabat? cui dixit? nemini. Quid eſt aliud iudicio, ac legibus, ac maieſtate veſtra abuti ad quæſtum atque ad libidinem, niſi hoc modo accuſare: atque id obiicere, quod planum facere non modo non poſſis, verum ne coneris quidem? Nemo noſtrum eſt Eruci, quin ſciat tibi inimicitias cum Sexto Roſcio nul-

†reuocaturus.

Illudere dignitati.

las eſſe: vident omnes qua de cauſa huic inimicus venias: ſciunt huiuſce pecunia te adductum eſſe.

Illa) ſequentia, quòd cum patre conuiuia non inibat, quòd domum ſuam iſtũ nemo vocabat, quæ obiecta Erucius non probauit. Ea tamen Cicero purgat leuiter. Conuiuia non inibat) id eſt non conuiuabatur. Vt in L. Piſonem, Conuiuium publicum non dignitatis cauſa inibit, niſi forte vt cum P. Clodio, hoc eſt, compotoribus ſuis cœnet. Inire epulas idem dicit libro de Legibus ſecundo, Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati. In oppidum) id eſt Larinum. Ne Romam intelligas. Negat Valla libro quarto Romam eſſe oppidum.

I nire conuiuia.

Qui ne in oppidum quidem) Sex. Roſcius tanta colendi agri voluptate capiebatur, vt Larinum niſi perraro nunquam veniret. Neque rure) id eſt ex rure quiſq̃ ſcilicet vocaturus eſſet. Nugatoria) id eſt leuia & ficta. Odij) filij in patrẽ.

Mitto quærere &c) Occupatio eſt. Enumerare cauſas om̃es oportebat) in queſtione, cuius ſtatus coniecturalis eſt, cauſa valet plurimum, vt oſtendamus cauſam, quæ ad maleficium impulerit: vel defendẽdo, nullam fuiſſe cauſam cur reus faceret, aut potius fuiſſe cur non faceret dicamus. Animum inducere) Inducere animum eſt animo ſuo perſuadere quod ſit difficile durum aut immane. Inducere animum & inducere in animum dicimus. Terẽtius in Eunucho, Qui huic animum aſſentari induxeris, E flamma te petere cibum poſſe arbitror. Idem in Hecyra. Ego nunq̃ credidi Fore, vt hac ille viua poſſet animum inducere, Vxorẽ habere. Itemq́ʒ, Leuia ſunt hęc, quę tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum.

Inducere animum & in animũ.

Penitus inſitum) id eſt naturalem. Patrem eſſe) Patris enim hæreditas filio iure obuenit. Huiuſce) Roſcij filij. Quæ quum taces) Ipſa enim taciturnitas pro conſenſu eſt. Illudere) id eſt deridere ludibrium & contumeliam afferre. Dicimus autem illudo dignitati dignitatem in dignitatẽ, & in dignitate. Virgilius in ſecundo Aeneid. Certantq́ʒ illudere capto. Terentius in Andria, Adeon vobis videmur idonei, in quibus ſic illudatis? Idem in Heautontimor. Dignam me putas quam illudas? Idem in Phormione, Satin ſuperbe illuditis me? Cicero libro de Oratore tertio, Quæ quum dixiſſet, in Albutium illudens, ne a me quidem abſtinuit. Idem pro domo ſua, Hic non illudit authoritati horum omniũ, qui adſunt, ſummorum virorum? Iudicio abuti ad quæſtum) id eſt Iudicum ſententiam ad ſuum quæſtum conuertere. Ad libidinem) id eſt ad voluptatem, & vt vulgo dicunt, ad placitum. Inimicitias cum Sexto Roſcio nullas eſſe) Inimicitijs homines aliquando ad accuſandum adducuntur. Vt Marcum Celium patris inimicum Attacinus accuſauit. Inimicus) id eſt accuſator.

Illudo dignitati, dignitatẽ, in dignitatẽ & dignitate.

Huiuſce pecunia) Ad Iudicum miſericordiam Sextum Roſcium, & in odium C. Erucium adducit.

Quid ergo eſt? ita tamen quæſtus te cupidum eſſe oportebat, vt horum exiſtimationem, & legem †Remmiam putares aliquid valere oportere. Accuſatores multos eſſe in ciuitate vtile eſt, vt metu contineatur audacia. veruntamen hoc ita eſt vtile, vt ne plane illudamur ab accuſatoribus. Innocens eſt quiſpiam, veruntamen quanquam abeſt à culpa, ſuſpitione tamen non caret. tametſi miſerum eſt, tamen ei qui hunc accuſet, poſſim aliquo modo ignoſcere. Cum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſe ac ſuſpitioſe dicere, aperte ludificari, & calumniari ſciens non videatur. Quare facile omnes patimur eſſe quàmplurimos accuſatores, quòd innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt: nocens, niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt. Vtilius eſt autem abſolui innocentem, quàm nocentem cauſam non dicere. Anſeribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt ſignificent ſi fures venerint. At fures internoſcere non poſſunt, ſignificant tamen, ſi qui noctu in Capitolium venerint, & quia id eſt ſuſpitioſum, tametſi beſtiæ ſunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ eſt cautior.

[Margin: †Mēmiā. Accuſatorū vtilitas. — Canū munus. Significare.]

Horum) Iudicum. Exiſtimationem) id eſt bonam, vt dicunt, reputationem. Legem Mēmiam) In codice manu ſcripto, & in nonnullis codicibus impreſſ: legem Remmiam lego. Quę lectio magis placet. Nam libro Digeſtorum. xlviij. ad Senatuſconſultum Tertulianum calumniatoribus, id eſt falſa crimina intendentibus pœna lege Remmia irrogatur. Quòd igitur Erucius calumniatus ſit, Iudicum exiſtimationem & legem Remmiam contemnere viſus eſt, quòd eam nihil valere putaret. Audacia) id eſt audaces homines. Intellectio eſt. Ne plane illudamur) id eſt ne aperte ficto crimine in iudicium vocemur. Suſpitione tamen non caret. Suſpitio res certa non eſt. Vſu ſæpe venit, vt ad innocentem ſuſpitio perueniat. Id ſi ita eſt, ſi quis eū accuſet, quamuis id miſerum ſit, et tamen aliquo modo ignoſci poteſt. Nec calumniatur qui eum accuſat. Aliquid habeat)

[Margin: Lex Remmia.]

Criminoſe

id ſcilicet, vnde orta ſuſpitio eſt. Criminoſe) id eſt vt vulgo loquuntur, criminaliter. de qua dictione alio loco diximus. Ludificari) calumniari, & quod paulo ante dixit illudere in eadem re dicit. Ludere enim fallere eſt. Vt in primo Aenei. Vana ſpe luſit amantem. Ab eo illudere & ludificari facta ſunt. A caluendo, id eſt a decipiendo facta eſt calumnia. Quàm nocẽtem cauſam non dicere.) De improbis hominibus quum ſumitur ſupplicium, eorum exemplo cæteri a peccato deterrentur, & improbis hominibus ciuitas purgatur. Itaque ciuitates tum optime gubernari Plato de Philoſophia ſcribit, quum nocentes pœnas expendunt.

Mali puniendi.

Anſeribus cibaria publice locantur) Authore Plutarcho in Problematis Cẽſores magiſtratum ineuntes nihil prius agunt, quàm vt ſacrorum anſerum cibaria & anſeris argentei ſplendorem locent, quòd bello Gallico dormientibus etiam canibus anſeres omnium primi Gallorum in Capitolium aſcenſum præſenſerunt, & clangore vigiles excitarunt. Authore Plinio libro decimo eſt anſeri vigil cura Capitolio teſtata defenſo per id tempus, canum ſilentio proditis rebus. Quamobrem cibaria anſerum Cenſores in primis locant. Authore Plutarcho in vita Camilli Gallis in Capitolium aſcendentibus ſacri anſeres iuxta templum Iunonis erant, qui antea copioſo cibo alebantur. tunc autem propter ſummam commeatus inopiam neglecti eſuriebant. Eſt autem hoc animal natura pauidum, ſed ſenſu atque auditu acerrimum. Hi igitur ob inediam vigilantes ac tumultuantes ſtatim Gallorum aſcenſum percipiunt, ac clangore curſuque Romanos dormientes excitant. His anſeribus in ſumma inopia cibi Romani abſtinebant, quia Iunoni ſacri erant, vt ait T. Liuius libro quinto. Cibaria anſerum vt hoc loco Cicero appellat, ita alibi hominum cibaria dicit. Vt libro Tuſculanarum quæſtionum ſecundo, Deinde quis labor, quantus agminis? ferre plus dimidiati menſis cibaria. Actione in Verrem quarta, Liberaliter ex iſtius cibarijs tractati non minus acres contra me fuerunt. Actione quinta, Vberiora cibaria facta ſunt caritate. Itemq́ue, Propter caritatem frumenti, quę fuerat in Macedonia permagnam ex cibarijs pecuniam deportare. Sed cibaria minus delicata eſſe arbitror, quamuis cibus etiam delicatis authore Donato præbeatur. Inde cibarius panis a Cicerone dicitur in libro Tuſculanarum diſputationum quinto, panis ater qualis eſt paſtorum & ruſticorum. Nec eſuriens, inquit, Ptolemeus ederat, cui quũ peragranti Aegyptum comitibus non conſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane iucundius. Publice) id eſt impenſa publica. Locantur) Locare cibaria dicit, pro eo quod vulgo dicerent, conuenire de precio, vt dentur cibaria. Significẽt) latratu ſuo. Internoſcere) id eſt ab alijs, ijs ſcilicet, qui fures non ſunt, diſcernere. Vt Pacuuius de fortuna, Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoſcere. Libro Academicarum quæſtionum quarto, Vt mater geminos internoſcit cõſuetudine oculorũ, ſic tu internoſces, ſi aſſueueris. Nobis ſatis eſt oua illa internoſcere. Si qui) ſiue fures, ſiue alij. Id eſt ſuſpitioſum) vt fures ſint.

Anſerũ cibaria locata.

Cibaria hominum vt anſerum.

Cibarius panis.

Internoſcere.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Q. ſi luce quoque canes latrent, cum deos ſalutatum aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringantur, quòd acres ſint etiam tum cum ſuſpitio nulla ſit. Simillima eſt accuſatorum ratio. Alii veſtrum anſeres ſunt: qui tantum modo clamant, nocere non poſſunt. Alii canes, qui & latrare & mordere poſſunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maxime debetis in eos impetum facere qui merentur. hoc populo gratiſſimum eſt. deinde ſi voletis, etiam tum, cum veriſimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpitione latratote. id quoque concedi poteſt. Sin autem ſic agetis, vt arguatis aliquem patrem occidiſſe, neque dicere poſſitis aut quare, aut quomodo, ac tantummodo ſine ſuſpitione latrabitis, crura quidem vobis nemo ſuffringet: ſed ſi ego hos bene noui, literam illam, cui vos vſq; eo inimici eſtis, vt etiam eas omneis oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminem alium niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis. Quid mihi ad defendendum dediſti bone accuſator? quid hiſce autem ad ſuſpicandum? Ne exhæredaretur veritus eſt. audio, ſed qua de cauſa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pater in animo. planum fac. nihil eſt: non quicum deliberarit? quem certiorem fecerit? vnde iſtud vobis ſuſpicari in mentem venerit? Cum hoc modo accuſas Eruci, nonne hoc palam dicis? ego quid acceperim, ſcio: quid dicam, neſcio. vnum illud ſpectaui, quòd Chryſogonus aiebat neminem iſti patronum futurum: de bonorum emptione, déque ea ſocietate neminem eſſe, qui verbum facere hoc tẽpore auderet. hæc te opinio falſa in iſtam fraudem impulit. non mehercule verbum feciſſes, ſi tibi quenquàm reſponſurum putaſſes. Operæprecium erat, ſi

animaduertiſtis Iudices, negligentiam eius in accuſando cõſiderare. Credo cum vidiſſet, qui homines in hiſce ſubſelliis ſederent, quæſiſſe, num ille aut ille defenſurus eſſet: de me ne ſuſpicatum quidem, quòd antea cauſam publicam nullam dixerim.

Alij veſtrum anſeres ſunt) vt C. Erucius. Alij canes) vt Titi Roſcij & Chryſogonus. Cibaria vobis præberi videmus) Nam Chryſogonus ſibi decem prædia retinuit, tria Roſcio Capitoni propria dedit. Roſcium Magnum ſuum procuratorem fecit. Erucius ad accuſandum pecunia conductus eſt. Veriſimile) id eſt ſuſpitioſum. Commiſiſſe) id eſt deliquiſſe. Si ego hos bene noui) id eſt ſi ego bene cognoſco hos Iudices. Literam illam) condemnationis, quam Aſconius Pædianus alibi C. alibi θ eſſe dicit. C. quòd prima ſit verbi condemno, θ. quòd ſit prima verbi θανατόω, id eſt morte multo. Hinc illud Perſij eſt Satyra quarta, Et potis es nigrum vitio præfigere thita. Eas omnes) literas Iudicum, id eſt omnia iudicia. Vel eas omnes. Nam odiſtis literas abſolutionis vel ampliationis metuentes ne Roſcius abſoluatur, aut ne cauſa eius amplietur. Odiſtis autem literam condemnationis, metuentes ne ad caput veſtrum affigatur. Neminem alium accuſare poſſitis) Significare videtur, vt calumniatoribus ea quoq; pœna lege Remmia infligatur, vt accuſare amplius prohibeantur, qua pœna præuaricatores & tergiuerſatores affici Paulus Iuriſconſultus dicit libro Digeſtorum quadrageſimoctauo ad S. C. Turpilianum. Niſi fortunas veſtras) quòd ſcilicet in hanc pœnam incidiſtis, ob calumniam veſtram. Nonne hoc palam dicis?) Illud valet ad refellendum aduerſarium, vt eius perſonam inducamus dicentem, quæ ipſe cogitet, vt ante diximus. Quid acceperim) id eſt quam pecuniam, vt Roſcium accuſarem. Quid acceperim ſcio, quid dicam neſcio) Huiuſmodi contrarijs in hac oratione ſæpe vtitur Cicero. Neminem patronum) id eſt nullum. Neminem pro nullo ſæpe dici alias admonuimus. De bonorum) Sexti Roſcij. De ſocietate) quam cum Chryſogono Titi Roſcij coiuerunt. Hoc tempore) L. Sylla dominante. Negligentiam eius in accuſando conſiderare) Nimiam Erucij in accuſando negligentiam arguit, vt oſtendat accuſationem non crimine Sexti Roſcij, ſed Chryſogoni potentia nixã eſſe. Credo quum vidiſſet) Narratio ſpecialis eſt. In qua narrat ea non quæ fecerit Erucius, ſed feciſſe veriſimile ſit. Qui homines) id eſt qui oratores.

Poſteaquàm inuenit neminem eorum, qui poſſunt, & ſo-
lent, ita negligens eſſe cœpit, vt cum in mentem veni-
ret ei, reſideret, deinde ſpatiaretur, nonnunquàm etiam
puerum vocaret, credo cui cœnam imperaret, prorſus vt
veſtro conceſſu & hoc conuentu pro ſumma ſolitudine
abuteretur. Perorauit aliquando, aſſedit. ſurrexi ego. re-
ſpirare viſus eſt, quòd non alius potius diceret. Cœpi di-
cere. vſque eo animaduerti Iudices eum iocari, atque alias
res agere, antequàm Chryſogonum nominaui, quem ſi-
mulatque attigi, ſtatim homo ſe erexit, mirari viſus eſt,
intellexi quid eum pupugiſſet. iterum ac tertio nominaui.
Poſtea homines curſare vltro & citro non deſtiterunt, cre-
do qui Chryſogono nunciarent, eſſe aliquem in ciuitate,
qui contra voluntatem eius dicere auderet: aliter cau-
ſam agi, atque ille exiſtimaret: aperiri bonorum emptio-
nem, vexari peſſime ſocietatem, gratiam potentiámque
eius negligi, Iudices diligenter attendere, populo rem
indignam videri. Quæ quoniam te fefellerunt Eruci, quo-
niamque vides verſa eſſe omnia, cauſam pro Sexto Ro-
ſcio ſi non commode, at libere dici: quem dedi puta-
bas, defendi intelligis: quos tradituros ſperabas, vides iu-
dicare: reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam cal-
liditatem atque prudentiam: confitere huc ea ſpe veniſſe,
quòd putares hic latrocinium, non iudicium futurum. De
parricidio cauſa dicitur. Ratio ab accuſatore reddita non
eſt, quam ob cauſam patrem filius occiderit. Quod in mi-
†noxijs. nimis †noxis, & in his leuioribus peccatis, quæ magis cre-
bra, & iam prope quotidiana ſunt, maxime & primum
quæritur, quæ cauſa maleficii fuerit, id Erucius in par-

ricidio quæri non putat oportere. In quo ſcelere Iudices etiam cum multæ cauſæ conueniſſe vnum in locum, atque inter ſe congruere videntur, tum non temere creditur, neq; leui coniectura res penditur, neque teſtis incertus auditur, neq; accuſatoris ingenio res iudicatur.

Quum in mentem veniret) Magnam Erucij negligentiam oſtendit. ipſa
enim dicendi ratio ſi diligens fuerit, ita mentem occupat, vt ad alia eam aberrare
non patiatur. Puerum) id eſt ſeruum. Pueri appellatio, vt ait Paulus Iuriſc. lib. Puer
Digeſtorũ. l de verborum & rerum ſignificatione, tres ſignificatiões habet. Vnã,
quum omnes ſeruos pueros appellamus. Alteram, quum puerum contrario no-
mine puellæ dicimus. Tertiam, quum ętatem puerilem demonſtramus. Hoc cõ
uentu) circunſtantium hominum. Pro ſumma ſolitudine abuteretur) id eſt in
veſtro & circunſtantiũ conſpectu id facit, quod in ſumma ſolitudine vix faceret.
Alias res agere) id eſt quid dicerem negligere, & ideo non attendere. Bonorũ)
Sex. Roſcij. Societatem) quam cum T. Roſcijs Chryſogonus coiuit. Verſa eſſe
omnia) id eſt aliter atq; putaſti euenire. Dedi) id eſt a iudicibus Chryſogono con
donari, id eſt condẽnari, ſine vlla defenſione. Iudicare) id eſt attente cauſam audi-
re & cognoſcere, vt iudicetur. Reſtitue) id eſt omitte & relinque. Nobis) id eſt ad
cauſæ innocentis Roſcij vtilitatem. Prudẽtiam) ſcientiam, vel malitiam, quæ ſe
vult haberi prudentiam, vt ait Cicero in libro de Officijs tertio. Hic) id eſt in fo
ro iudiciali. Latrocinium) vbi iudices ſententijs ſuis innocentem Roſcium iu-
gularent. Quod in minimis noxis) A minori ad maius oſtendit parricidij cau-
ſas oſtendi debere ab accuſatoribus. Noxę appellatione omne delictum cõtinetur, Noxa &
vt ait Caius Iuriſc. libro Digeſtorum. l. de verborum & rerum ſignificatione. No noxia.
xiam quàm noxam a Terentio pro delicto ſæpius dictã licet inuenire. vt in Eu-
nucho, Vnam hanc noxiam mitte. In Heautont. Magnum hoc quoq; ſignũ eſt
dominam eſſe extra noxiam. In Hecyra, Quod me accuſat nunc vir, ſum extra
noxiam. Ea quoq; voce Plautus vſus eſt. Amicum caſtigare ob meritam noxiã,
immane eſt facinus, verum in ætate vtile atq; conducibile. Illud quoque ex li-
bro Ciceronis de Legibus, Noxiæ par pœna eſto. In codice antiquo ſcripto manu
lego noxijs nõ noxis. In quo ſcelere) Quia difficillima eſt grauiſſimi cuiuſq; ſce-
leris fides, vt ait Quintilianus, grauiſſimum ſcelus oſtendit eſſe parricidiũ, ideoq;
non facile credi, niſi probatum ſit clariſſime, & pene deprehenſum. Congruere)
id eſt conuenire. Niſi enim cauſę illæ inter ſe conueniant, fidem non faciunt.
Non temere) id eſt non facile, non leuiter, vt vulgo dicunt, non de leui. Pen- Temere.
ditur) id eſt ponderatur, examinatur. Teſtis incertus) id eſt qui audiuit. Nam

qui rem vidit, certus teſtis eſt: qui audiuit, incertus. Itaque authore Plauto, Pluris eſt teſtis oculatus vnus, quàm auriti decem. Nam qui viderunt plane ſciunt: qui audiuerunt, audita dicunt. Accuſatoris ingenio) qui accuſationem artificioſe compoſuit, crimenq́ ingenioſe probauit.

Cum multa antea commiſſa maleficia, tum vita hominis perditiſſima, tum ſingularis audacia oſtendatur neceſſe eſt: neque audacia ſolum, ſed ſummus furor atque amentia. Hæc cum ſint omnia, tamen extent oportet expreſſa ſceleris veſtigia, vbi, qua ratione, per quos, quo tempore, maleficium ſit admiſſum. Quæ niſi multa & manifeſta ſunt, profecto res tam ſceleſta, tam atrox, tam nefaria credi non poteſt. Magna eſt enim vis humanitatis, multum valet communio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpitionibus ipſa natura: portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce priuarit: cum etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliet. Non ita multis antè annis aiunt Tullium Clœlium quendam Tarracinenſem hominem non obſcurum, cum cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus adoleſcentibus filiis iſſet, inuentum eſſe mane iugulatum. Cum neque ſeruus quiſquàm reperiretur, neque liber, ad quem ea ſuſpitio pertineret, id ætatis autem duo filii propter cubantes, ne ſenſiſſe quidem ſe dicerent, nomina filiorum de parricidio delata ſunt. Quid poterat? ſane ſuſpitioſum. neutrum ne ſenſiſſe? auſum autem eſſe quenquàm ſe in id conclaue committere? eo potiſſimū tempore, cum ibidem eſſent duo adoleſcentes filii, qui &

T. Clœlius

ſentire & defendere facile poſſent? erat porro nemo in quem ea ſuſpitio conueniret. tamen cum planum iudicibus eſſet factum, aperto oſtio dormientes eos repertos eſſe, iudicio abſoluti adoleſcentes, & ſuſpitione omni liberati ſunt. Nemo enim putabat quenquam eſſe, qui cũ omnia diuina atq; humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnum ſtatim capere potuiſſet. propterea q᷑ qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.

Vbi, qua ratione) Artificioſũ eſt, vt quũ aliquid ꝓbare volumus, oſtẽdamus pſo-
nę, a qua id factũ arguimus, mores ab eo facto nõ abhorrere, cauſam q̃ impulerit,
opportunũ locũ & tẽpus, & quib⁹ adiutoribus fecerit. Horũ nullũ qa oſtẽdit Eru-
cius, fictũ crimen Cicero coarguit. Cõmunio ſanguinis).i.cõſanguinitas. Re-
clamitat).i.quibuſdã veluti clamoribus aduerſatur & cõtradicit. Eſſe aliquẽ hũa
na ſpecie & figura) Sępe illud facit Cicero, vt quũ alicuius crudelitatẽ auget, in fi-
gura hominis feritatẽ belluarũ eſſe dicat. Vt in libro de Officijs tertio, vbi de ty- Belluarũ fe-
rãnis ſcribit, Iſta, inquit, in figura hominis feritas & immanitas bellue a cõmuni ritas in fi-
tanq̃ humanitate corporis ſegreganda eſt. Itemq;, Quid intereſt vtrũ ex homine gura hois.
ſe cõuertat quis in belluã, an in hominis figura immanitatẽ gerat bellue? Et pro
A. Cluentio de Saſſia, Eo iam deniq; adducta eſt, vt ſibi prӕter formã, nihil ad
ſimilitudinẽ hominis reſeruarit. Beſtias vicerit) Beſtias pecudũ in numero ha- Beſtiæ.
beri Caius Iuriſc. negat libro Digeſtorũ.9. ad legẽ Aquiliã, eaſq; ferociores eſſe ſi-
gnificat. ex his numerat vrſos, leones, pantheras. T. Clœliũ) Apud Valeriũ Ma
ximũ libro. viii. titulo, Infames rei quibus ex cauſis abſoluti aut damnati ſunt,
vbi hoc exẽplũ ſcriptũ eſt, Cœlius nõ Clœlius ſcribitur. Tarracinẽſem) Tarra- Tarracina.
cina oppidũ Volſcorũ in Cãpania eſt. In idẽ conclaue) Cõclaue eſt locus ſecretior Conclaue.
domus habens vnã clauẽ domeſticis omnibus cõmunẽ. Authore Sex. Põpeio cõ
clauia dicuntur loca, quę vna claue clauduntur. Cõclauibus etiã penus aſſeruatur.
Vt in conclaue excelſiſſimum precioſiſſima vaſa & veſtem condi Columella libro
xiij ſcribit. Id ætatis).i. eius ætatis. de quo dicendi genere ſcribimus pro Cluen-
tio. Adoleſcentes autem & Iuuenes ijdem ſunt. Hi ſcilicet, qui annũ. xvij. exceſſe- Adoleſcẽs
runt, necdũ. xlvij. attigerunt. Propter).i. prope. Hæc vox Ciceroni in ea re q̃ & Iuuenis.
ſit familiaris in Catonẽ Maiorẽ ſcribimus. Quid poterat?).i. quid valebat, q᷑
accuſator contra adoleſcentes diceret? Se cõmittere).i. ingredi ſine metu. So- Capere ſo-
mnum capere) id eſt incipere dormire & dormire. Vt libro Epiſtolarũ ad Atticum mnum.
viij. Ego ſi ſomnum capere poſſem, tam longis te epiſtolis non obtunderem.

Quare hoc quo minus eſt credibile, niſi oſtenditur, eo magis eſt, ſi conuincitur, vindicandum.

Ne quos poetæ &c.) de Alcmæone Amphiarai & Eryphiles, de Oreſte Agamemnonis & Clytemneſtræ filiis poetæ ſcripſerunt. de Oreſte ſcribimus in Milonianam. de Alcmæone ita ſcribit Cicero in libro Academicarum quæſtionũ quarto, Illud, inquit, contingit inſanis, vt & incipientes furere ſentiant, & dicant aliquid quod non ſit, id videri ſibi: & quum relaxentur, ſentiant, atque illa dicant Alcmæonis. Sed mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum aſpectu. Et paulo poſt, Quid ipſe Alcmæon tuus, qui negat cor ſibi cũ oculis cõſentire? Nonne ob idem incitatus furore? Vnde hæc flamma oritur? Et illa deinceps. Incede, incede, adſunt, me ne expetunt? Quid quum virginis fidem implorat? Fer mihi auxilium, peſtem abige a me flammiferam, hanc vim quæ me excruciat. Cæruleæ incinctæ igni incedunt, circunſtant cum ardentibus tædis &c. Pii) id eſt patrum vltores. Eſt autem argumentum ex fabulis poetarum. Idque a minore ad maius eſt. Nam ſi deorũ iuſſis matres hi interfecerunt, vt patres vlciſcerentur, hique furiis agitati ſint, multo grauius furiis agitari debent, qui audacia impulſi parentes necant. Nolite enim putare) Similis in L. Piſonem ſententia eſt. Nolite, inquit, putare P.C. vt in ſcena videtis, homines conſceleratos impulſu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. Sua quẽque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat. Hæ ſunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. Ego te non væcordem, non furioſum, non mente captum, non tragico illo Oreſte aut Athamante dementiorem putem? Conſceleratiſſimis) id eſt maxime impiis. Conſceleratus qui ſit alio loco docuimus.

Alcmæon.

Conſciẽtia mala.

Niſi turpis adoleſcentia &c.) Vita ante acta turpiter ſcelus facit credibile, vt contra facit ea quæ honeſte acta eſt. Cum probro & dedecore) vt in ſcortis & helluationibus. Animaduerſionis paternæ metus) id eſt metus ne in eum pater animaduertat, id eſt ne exhæredet, ne verberet, ne vinculis & carcere coerceat, ne vinctum operi ruſtico deſtinet, ne vendat, ne occidat. Huius enim modi poteſtatẽ patribus in filios lege Romuli permiſſam ex Dionyſio Halicarnaſſeo ante ſcripſimus: qui negat maiorem domino in ſeruum, quàm ſit patri in filiũ poteſtatem eſſe. Amici improbi) qui ſtimulauerint & impulerint. Serui conſcii) id eſt adiutores. In multis enim ſceleribus dominos improbos ſerui adiuuant. Ea enim ratione a dominis inire ſe gratiam putant. Hinc apud poetas ſeruorum conſiliis hæriles filii in vitia inducũtur. Pene reſperſas manus ſanguine paterno iudices videant oportet) id eſt parricidium non ſit credibile niſi maxime manifeſtum ſit, & pene deprehenſum. Dicam) parentheſis eſt. Si conuincitur) id eſt ſi oſtenditur, ſi ita probatur, vt reus confiteri cogatur.

Itaque cum multis ex rebus intelligi poteſt, maiores no-ſtros nõ modo armis plus quàm cæteras nationes, verum etiam conſilio ſapientiàque potuiſſe, tum ex hac re vel maxime, quòd in impios ſingulare ſupplicium inuenerunt. Qua in re quantum prudentia præſtiterunt iis, qui apud cæteros ſapientiſſimi fuiſſe dicuntur, conſiderate. Prudentiſſima ciuitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur. eius porro ciuitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, ſcripſerit. Is cum interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat, ne non tam prohibere quàm admonere videretur. Quanto maiores noſtri ſapientius, qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt: vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, magnitudine pœnæ, maleficio ſummouerentur: Inſui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deiici. O ſingularem ſapientiam Iudices. nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe, & eripuiſſe, cui repente cęlum, ſolem, aquam, terrámq; ademerunt? vt qui eũ necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret iis rębus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur.

Solon.

Nihil tam ſanctũ qđ non violet audacia.

Parricidarũ pœna.

Dum ea rerum potita eſt) id eſt quãdiu dominata eſt, antequàm in Lacedæmoniorum poteſtatem veniret. Sapientiſſimum Solonem) Lege a Solone latæ axibus ligneis inciſæ ſunt. Eas Athenienſes, vt ſempiternæ manerent pœ

nis & religionibus ſanxerunt, vt ait A. Gellius libro ſecundo. Multas Solo-
nis leges apud Plutarchum in eius vita legere licet. In officio) id eſt in pietate
quæ eſt in parentes. Summouerentur) id eſt prohiberentur, deterrerentur.
Inſui voluerunt) Modeſtinus Iuriſc. libro Digeſtorũ. xlviij. Ad legem Pom-
peiam de parricidiis, Pœna, inquit, parricidij more maiorum hæc inſtituta eſt; Parricidii
vt parricida virgis ſanguineis verberetur, deinde culeo inſuatur cum cane & poena.
gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, deinde in mare profundum culeus iactetur.
Hoc ita, ſi mare proximum ſit: alioqui beſtiis ſubiicitur ſecundum diui Adriani
conſtitutionem. Hæc ille. Hac autem lege tenentur præcipue hi qui patrem aut
matrem, auum aut auiam necauerint. Qui vero alium ex propinquis necaue-
rit, is lege Cornelia de ſicariis tenetur. P. Malleolus matre interempta primus P. Malleo-
omnium inſutus culleo in mare præcipitatus eſt, vt ait T. Liuius libro. lxviii. lus.
vbi ſignificat id factum paulo poſt bellum Cimbricum, & C. Marii quintum
Conſulatum. Tanto tempore Romæ admiſſum nullum parricidium eſt. Quod
autem virgis ſanguineis parricidam verberari Modeſtinus dicat, vereor vt lo-
cus mendoſus ſit. Nam ſagmineis pro ſanguineis legendum videtur. Sa-
gmina enim & verbena pro eadem re dicuntur, id éſt pro genere herbę, quod
cum ſua terra ex arce euulſum legatis fecialibus dabatur. quum ad hoſtes clari-
gatumque mittebantur. id eſt raptas res clare repetitum. vt ait Plinius cap. ſe-
cundo libri. xxii. Idem ſcribit cap. ix. libri. xxv. Iouis menſam hac hærba verri
domos purgari luſtrarique. Noſtri quoque hac hęrba ſcopas & virgas conficiunt.
Cœlum) id iſt aerem, qua in re quod ſæpe dicatur a poetis nemo ignorat, ſed Cœlũ pro
quod a Cicerone quoque dicatur hoc loco docere volumus. Is igitur libro Tu- aere.
ſculanarum Quæſtionum primo, de animi celeritate diſputans, Qui ſi perma-
net, inquit, incorruptus, ſuique ſimilis, neceſſe eſt, ita feratur, vt penetret & di-
uidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & hu-
midum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. Itemque, Quid obſecro
te, terra ne tibi, aut hoc nebuloſo & caliginoſo coelo, aut ſata, aut concreta vide-
tur tanta vis memoriæ? Idem libro de Natura deorum ſecundo, Licet videre
acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora, eorum qui terras incolant eas, in
quibus aer ſit purus & tenuis, quam illorum qui vtantur craſſo coelo atque cõ-
creto. Ex quibus omnia nata eſſe dicuntur) Vnde nata ſint omnia inter anti-
quiſſimos illos philoſophos non conuenit. Thales enim Mileſius ex aqua, Ana-
ximenes itidem Mileſius ex aere, Heraclitus ex igni omnia naſci, in eaq; omnia
reuerſura eſſe dixerunt. Empedocles vero ex quatuor elementis, de quibus ad
hanc ſententiam ſcripſit, Quatuor in primis dictarum ſemina rerum Iupiter
æthereus, Pluto inferus, almaq; Iuno, Neſtis, quæ lachrymis hominũ riuos alit
hudis. Iouem autẽ intelligit feruorẽ & æthera. Almam vero Iunonẽ aera. Plu-
tonem terram. Neſtim denique humanoſque riuos tanq̃ genituram & aquam.
Sunt qui Tethym legant pro Neſtim.

Noluerunt feris corpus obiicere, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent immanioribus vteremur. non ſic nudos in flumen deiicere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid tam eſt commune, q̄ ſpiritus viuis? terra mortuis? mare fluctuantibus? littus eiectis? Ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cęlo non queant. ita moriūtur, vt eorum oſſa terra non tangat. ita iactantur fluctibus, vt nunq̄ alluantur. ita poſtremo eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. Tāti maleficii crimen, cui maleficio tam inſigne ſupplicium eſt conſtitutum, probare te Eruci cenſes poſſe talibus viris, ſi ne cauſam quidem maleficii protuleris? Si hunc apud bonorum emptores ipſos accuſares, eique iudicio Chryſogonus præeſſet, tamen diligentius paratiuſque veniſſes. Vtrum quid agatur non vides? an apud quos agatur? Agitur de de parricidio, quod ſine multis cauſis † ſuſcipi non poteſt. Apud homines autem prudentiſſimos agitur, qui intelligunt neminem ne minimū quidem maleficium ſine cauſa admittere. Eſto, cauſam proferre non potes, tametſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de meo iure decedam, & tibi quod in alia cauſa non concederē, in hac concedam, fretus huius innocentia. Non quęro abs te, quare patrem Sex. Roſcius occiderit: quęro quomodo occiderit. Ita quęro abs te C. Eruci quomodo: & ſic tecū agam, vt in eo loco vel reſpondendi vel interpellandi tibi poteſtatem faciam, vel etiam ſi quid voles, interrogandi. quomodo occidit? ipſe percuſſit? an aliis occidendum dedit?

†ſuſpici

Quæro abs te.

Noluerunt feris corpus obiicere) Multo poſt Ciceronem D. Adrianus fuit, qui conſtituit vt parricida in culeum inſutus feris obiiciatur, niſi mare proximũ ſit. Nudos) id eſt non inſutos in culeum. Quo cætera quæ violata ſunt) Aqua fluuiali non marina expiationem fieri ſolitam eſt apud Macrobium libro tertio, qui idem libro. vii. ſcribit aquam dulcem magis idoneam eſſe quàm ſalſam abluendis ſordibus. Nihil tam vtile) Vile non vtile legendum eſſe qui propius inſpiciat facile intelligat. Quid tam eſt commune) Quanta hoc loco ſit vis dicendi, quantus impetus Cicero ipſe ſcripſit de Oratore ad Brutum, Quantis, inquit, illa clamoribus adoleſcentuli diximus de ſupplicio parricidarum? quæ nequaquàm ſatis deferbuiſſe poſt aliquanto ſentire cœpimus. Quid enim tam commune quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita viuunt, dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terram non tangant: ita iactantur fluctibus, vt nunquàm alluantur: ita poſtremo eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant, & quæ ſequuntur. Hæc ille. Spiritus) id eſt aer. Fluctuantibus) id eſt iactatis fluctibus, cuiuſmodi ſunt, qui poſt naufragium arreptis tabulis fluctibus agitantur. Eiectis) id eſt naufragis ad litus eiectis. Vt in primo Æn. Libyæ luſtrare extrema iubebo, Si quibus eiectus ſyluis aut vrbibus errat. Et in quarto, Eiectum & litore egētem Excepi, & regni demens in parte locaui Ducere animam) id eſt ſpirare. Animam enim pro ſpiritu, dixerūt veteres. Inde animum dictum eſſe in primo Tuſculanarum Quęſtionũ libro. Vt nunq̃ abluantur) Alluantur non abluantur legi debere & ſententia, & verba Ciceronis quæ modo hęc aſcripſi de Oratore indicant. Talibus viris) Iudicibus. Si hunc apud bonorum emptores) argumentum a fictione eſt. quod in ſe continet vim argumenti a minore ad maius. Bonorum emptores) T. Roſcios. Ne minimũ quidem maleficium) Idem paulo poſt dicit, Sic vita hominũ eſt, vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento accedere. Itaque Cæſarem non mediocriter Cicero vituperat in libro de Officiis ſecundo, quod gratis improbus eſſet. Tanta, inquit, in eo peccādi libido fuit, vt hoc ipſum delectaret peccare, etiam ſi cauſa non eſſet. Viciſſe) cauſa ſcilicet. De meo iure decedam) Simulat ſe cōdonare aduerſario quod ſatis refutauit, vt ſibi veluti gradum ad ſequentia faciat. Id artificioſum eſſe Quintilianus docet. In hac cōcedam) Sex. Roſcii innocentiam, & cauſæ fidutiam Iudicibus latenter inſinuat. Poteſtatem tibi faciam) Alioqui in oratione perpetua aduerſario reſpondere, interpellare, interrogare non licebat. Ipſe percuſſit, an aliis occidendum dedit) Argumentum a remotione eſt, quo hoc loco frequenter Cicero vtitur. Eſt igitur ſententia, Sex. Roſcius patrem occidit, vel per ſe, vel per alium. Non autem per ſe, ergo per aliũ. Sed nec per alium. Nam ſi per alium, igitur per liberum vel per ſeruum. Sed nec per hunc, nec per illum. Ex quo fit ab eo patrem non occiſum. Ipſe) id eſt ipſemet. Occidendum dedit) id eſt occidere fecit.

Peccare gratis.

Dare occidendum.

Si ipſum arguis, Romæ non fuit: ſi per alios feciſſe dicis, quæro ſeruos ne, an liberos? quos homines? indidem ne Ameria? an hoſce ex vrbe ſicarios? Si Ameria, qui ſunt hi? cur non nominantur? ſi Romæ, vnde eos nouerat Roſcius, qui Romam multis annis non venit, neque vnq̃ plus triduo fuit? vbi eos conuenit? quicum loquutus eſt? quomodo perſuaſit? Precium dedit? cui dedit? per quem dedit? vnde? aut quantum dedit? nonne his veſtigiis ad caput maleficii perueniri ſolet? Et ſimul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam huiuſce depinxeris: hunc hominem ferum atq; agreſtem fuiſſe, nunquàm cum homine quoquàm collocutum eſſe, nunquàm in oppido conſtitiſſe. Qua in re prætereo illud, quod mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat eſſe, in ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultáque vita, iſtiuſmodi maleficia gigni non ſolere. Vt non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire poſſis, ſic non omne facinus in omni vita naſcitur. In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia ſcelera ac maleficia gignuntur. Vita autem hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt. Verum hæc miſſa facio. illud quæro: is homo, qui vt tute dicis, nunquàm inter homines fuerit, per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, abſens præſertim, conficere potuerit? Multa ſunt falſa Iudices, quæ tamen argui ſuſpicioſe poſſunt: in his rebus ſi ſuſpicio reperta erit, culpam ineſſe concedam.

Indidem.

Similitudo.

Exiſto.

Indidem ne Ameriæ) Priſcianus libro.xv.docens indidem aduerbium cō= *Indidem.*
poſitum eſſe hunc Ciceronis locum citat. Indidem autem ſignificat ex eodē lo=
co, compoſitum ab inde & idem. Ad caput) id eſt ad originem. Depinxeris)
id eſt deſcripſeris. Quāuis pingere poetarum ſit aut pictorum. Simonides enim
picturam poema mutum, & poema picturam vocalem appellabat. Hunc ho=
minem ferum atq; agreſtem) Pręcipua oratoris cura eſſe debet, vt dicimus, ne
quid dicat, quod cauſam ſuam lędat: proxima ne quid dicat, quod aduerſarii cau=
ſam adiuuet. In hac oratione cauſam ſuā ſæpe Cicero probat ex his quæ C. Eru=
cius dixit. Prætereo illud) Occupatio eſt. In victu arido) id eſt parco & te= A ridus victus & homo.
nui. Donatus exponens illud ex Andria Terentii, Primum hæc pudice vitam
parce ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans. Cibus, inquit, eſt qui
etiam delicatis præbetur, victus in paruis aridiſque alimoniis eſt cōſtitutus. Vn=
de Virgilius, Victum infelicem baccas lapidoſaque corna Dant rami. Vt autem
opſoniū dicitur quicquid in cibo præter panem & vinum adiicitur, ita victus
aridus is eſt qui ſine vllo obſonio eſt, Vulgo panem ſiccum noſtri appellāt. Hinc
aridum Terentius in Heautonti. appellat hominem auarum qui huiuſmodi
arido victu victitet. Habet, inquit, patrem quendam auidum miſerum atq; ari=
dum. Horrida incultaq; vita) Ea, vt ante dixit, maxime disiuncta a cupidi=
tate eſt, & cum officio coniuncta. Virgilius libro Georg. ſecundo poſtquàm oſtē=
dit incultam ruſticorum vitam, de iiſdem ſcribens, At, inquit, ſecura quies, & Agricolarū laus.
neſcia fallere vita. Itemque, Et patiens operum paruoque aſſueta iuuentus. Sa=
cra deûm, ſanctique patres, extrema per illos Iuſtitię excedens terris veſtigia fe=
cit. Dicit igitur apud illos ruſticos ſanctos eſſe parentes, quod ad hanc rem per=
tinet plurimum. Authore Catone de re Ruſtica, Virum bonum quum lauda=
bant, ita laudabant, Bonum agricolam, bonumque colonum. Ampliſſime lau=
dari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. Nec ſine cauſa, vt ait M. Varro, libro de re
Ruſtica tertio, terram eandem appellabant Matrem & Cererem. Et qui eam co=
lerent, piam & vtilem vitam agere credebant: atque eos ſolos reliquias eſſe ex
ſtirpe Saturni Regis. Vt non omnem frugem) Nam non omnis fert omnia
tellus. Authore Virgilio libro Georgic. primo, Hic ſegetes, illic veniunt felicius
vuæ, Arborei fœtus alibi, atque iniuſſa vireſcunt Gramina &c. In vrbe lu=
xuries creatur) Luxuries & luxuria dicitur. Ea quæ ſit ante diximus. In ea au=
tem effunditur pecunia. Inde naſcitur pecuniæ cupiditas, ne conſueta huiuſmo=
di luxuria tollatur. Exiſtat) id eſt emergat. Iuſtitiæ magiſtra eſt) Nam per Iuſtitia.
agricolas iuſtitia excedens terris veſtigia fecit extrema, vt modo ex Virgilii ſen=
tētia diximus. Aratus quoque dixit, vt ait Seruius, Iuſtitiam primum in vrbi=
bus, deinde tantum in agris fuiſſe, vbi eam inducit loquentem, cur abſcedat e
terris. Suſpicioſe) id eſt per ſupicionem. Culpam ineſſe concedam) Hoc fidu=
tia innocentiæ Roſcii dicit.

Romę Sex. Roſcius occiditur, cum in agro Amerino eſſet filius, literas credo miſit alicui ſicario, qui Romæ nouerat neminem. arceſſiuit aliquem. at quando? nuncium miſit. quem? aut ad quem? precio, gratia, ſpe, promiſſis, induxit aliquem? nihil horum ne confingi quidem poteſt, & tamen cauſa de parricidio dicitur. Reliquum eſt, vt per ſeruos id admiſerit. O dii immortales rem miſeram & calamitoſam, quod in tali crimine innocenti ſaluti ſolet eſſe, vt ſeruos in quæſtionem polliceantur: id Sex. Roſcio facere non licet: vos qui hunc accuſatis, omnes eius ſeruos habetis: vnus puer victus quotidiani adminiſter ex tāta familia Sex. Roſcio relictus non eſt. Te nunc appello P. Scipio, te Metelle: vobis aduocatis, vobis agentibus, aliquoties duos ſeruos paternos in quęſtionem ab aduerſariis Sex. Roſcius poſtulauit. Meminiſti te T. Roſci recuſare? quid? ii ſerui vbi ſunt? Chryſogonum Iudices ſectantur, apud eum ſunt in honore, & in precio, etiam nunc vt ex his quęratur, ego poſtulo, hic orat atque obſecrat. Quid facitis? cur recuſatis? Dubitate etiam nunc Iudices, ſi poteſtis, a quo ſit Sex. Roſcius occiſus. ab eo ne, qui propter illius mortem in egeſtate & inſidiis verſatur, cui ne quęrendi quidem de morte patris poteſtas permittitur: an ab iis, qui quæſtionem fugitant, bona poſſident, in cæde atque ex cęde viuunt. Omnia Iudices in hac cauſa ſunt miſera atque indigna: tamen hoc nihil neque acerbius, neque iniquius proferri poteſt. mortis paternæ de ſeruis paternis quæſtionem habere filio non licet: ne tādiu quidem dominus erit in ſuos, dum ex iis de patris morte quęratur. Veniam neque ita multo poſt ad hūc locum: nam hoc totū ad Roſcios pertinet, de quorum

Adminiſter.

audacia tum me dicturum pollicitus ſum, cum Erucii crimina diluiſſem. Nunc Eruci ad te venio. conueniat mihi tecum neceſſe eſt. ſi ad hunc maleficium iſtud pertinet: aut ipſum ſua manu feciſſe, id quod negas: aut per aliquos liberos, aut ſeruos. Liberos ne? quos neque vt conuenire potuerit, neque qua ratione inducere, neque vbi, neq; per quos, neq; qua ſpe, aut quo precio, potes oſtendere. Ego contra oſtendo, non modo nihil eorum feciſſe Sex. Roſcium, ſed ne potuiſſe quidem facere, quòd neq; Romæ multis annis fuerit, neque de prædiis vnq̃ temere diſceſſerit. Reſtare tibi videbatur ſeruorum nomen, quo quaſi in portum reiectus à cæteris ſuſpicionibus confugere poſſes, vbi ſcopulum offendis eiuſmodi, vt nō modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in voſmetipſos recidere intelligas. Quid eſt ergo, quo tandem accuſator inopia argumẽtorum cōfugerit? eiuſmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgo impune occiderentur. quare tu hoc propter multitudinem ſicariorum, nullo negocio facere potuiſti.

Credo) Id verbum in interrogatione ironice a Cicerone ſæpe dici ſcribimus in Inuectiuas in Catilinam. Puer) id eſt ſeruus. Adminiſter) id eſt miniſter. Et tanta familia) ſeruorum ſcilicet. Te nunc appello P. Scipio, te Metelle) Hi erant hoſpites & amici paterni Sex. Roſcii. Eos Sex. Roſcius aduocauerat, quum de cæde patris vellet quærere, vt ſe omni ſuſpicione liberaret. Quẽ admodum in Oratione pro A. Cluentio Saſſia de ſeruis Stratone & Nicoſtrato quæſtionem habitura de morte Oppianici, amicos & hoſpites Oppianici aduocauit. Aliquoties duos ſeruos &c.) Id poſtea amplius tractat. Quid facitis) Apoſtrophe eſt. Ad T. enim Roſcios verba deflectit. Venio) id eſt redeo. Aut ipſum ſua manu feciſſe &c.) Argumentum ex remotione eſt. Temere) id eſt ſine cauſa. Vbi) id eſt in quo tanq̃ portu. Ab hoc reſilire) id eſt ad Sex. Roſcium nō pertinere. Vulgo) id eſt paſſim. Vt in libro Tuſculanarũ Quæſtionũ primo, Vulgo ex oppidis publice gratulabantur,

Adminiſter.

Reſilit a me crimẽ.

Vna mercede duas res &c. Perfundere iudicio. Sectores.

Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res aſſequi velle, nos iudicio perfundere, accuſare autem eos ipſos à quibus mercedem accepiſti. quid ais? vulgo occidebantur? per quos? & a quibus? nonne cogitas te a ſectoribus huc adductum eſſe? quid poſtea? neſcimus per iſta tempora eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum & bonorum? Ii denique qui tum armati dies noctéſque concurſabant, qui Romæ erant aſſidui, qui omni tempore in præda & ſanguine verſabantur, Sex. Roſcio temporis illius acerbitatem, iniquitatémq; obiicient? & illam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces ac principes erant, huic crimini putabunt fore? qui non modo Romæ non fuit, ſed omnino quid Romæ ageretur, neſciret, propterea ꝙ ruri aſſiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. Vereor ne aut moleſtus ſim vobis Iudices, aut ne ingeniis veſtris videar diffidere, ſi de tam perſpicuis rebus diutius diſſeram. Erucii criminatio tota, vt arbitror, diſſoluta eſt, niſi forte expectatis, vt illa diluam quæ de peculatu ac de eiuſmodi rebus commẽtitiis inaudita nobis ante hoc tempus ac noua obiecit. quæ mihi iſte viſus eſt ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur: ita neque ad crimen parricidii, neque ad eum qui cauſam dicit, pertinebat. de quibus cum verbo arguit, verbo ſatis eſt negare. Si quid eſt quod ad teſtes reſeruet, ibi nos quoque, vt in ipſa cauſa, paratiores reperiet quàm putabat.

VENIO nunc eo, quo me non cupiditas ducit, ſed fides. Nam ſi mihi liberet accuſare, accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere. quod certum eſt non facere, dum vtrũuis licebit. Is enim mihi videtur ampliſſimus, qui ſua

virtute in altiorum locũ peruenit,non qui aſcendit per alterius incommodum & calamitatẽ. Deſinamus aliquãdo ea ſcrutari, quæ ſunt inania:quæramus vbi maleficium & eſt, & inueniri poteſt : iam intelliges Eruci certum crimen, q̃ multis ſuſpicionibus caarguatur, tametſi neque omnia dicam, & leuiter vnũquodq; tangam. neque id facerem, niſi neceſſe eſſet.

Vna mercede) quam a T.Roſciis pro accuſatione accepiſti. Perfundere) cõfundere perdere opprimere. Sectores collorũ & bonorum) Annominatio eſt. Sector collorum eſt qui ſecat colla,ſector bonorum eſt qui bona condemnatorũ vel proſcriptorũ in auctione ſemel emit, quæ poſtea ſingula ſingulis vendit. A ſequendo dicitur, quòd ſpem lucri ſui ſecutus ea bona emat, vt ex Aſconio colligimus.Id autem maxime ſordidum erat,ideo Cicer.in Philippicis M.Antonium inſectans Pompeii ſectorem ſæpe appellat. In præda & ſanguine verſabantur) prædabantur & interficiebant. Vereor ne aut moleſtus) Hæc Ciceronis verecundia Sex.Roſcii innocentiam iudicibus facit probatiorem. Niſi forte expectatis) Irridet maledictum quoddam, quod in Sex.Roſcium Erucius coniecerat de crimine ambitus. Declamare) id eſt clamoſe dicere & pronunciare. Commentaretur) id eſt memoriter ediſceret. Hoc enim loco commentari ab eo,quod eſt commemini factum eſt. Alias a comminiſcendo factum fingere & mentiri ſignificat. Inde res commentitias paulo ante appellauit. Ad eũ qui cauſam dicit) id eſt ad Sex.Roſcium. Verbo arguit) id eſt crimen tantũ obiicit,neque id probat. Quod ad teſtes reſeruet) Teſtes enim finita vtriſque actione interrogabantur, niſi forte lata lex fuerat, vt ante actionem cauſæ interrogarentur,vt in cauſa Milonis factum eſt.

Sector collorũ & bonorum.

Cõmẽtari.

Teſtiũ interrogatio.

Venio nunc eo) Secunda pars eſt,quam in partitione præpoſuit. Non cupiditas) accuſandi ſcilicet aut cupiditas gloriæ. Adoleſcentes enim gloriam ex accuſatione conſequebantur, vt eſt in libro de Officiis ſecundo. Fides) patrocinii.Qui enim aliquem defendendum ſuſcepit, eum in fidem patrociniumque recipit : quem deſerere, omnino inhumanum eſt. Libéret) accentu acuto in media,id eſt placeret. Alios potius) quàm T.Roſcium. Nam ex clari alicuius aut potentis viri accuſatione gloriam maiorem aſſequeretur. Vtrũuis) id eſt accuſare vel non accuſare. Per alterius incommodum) Vt qui per clari alicuius viri accuſationem & damnationem aſcendit. Niſi neceſſe eſſet) pro Roſcii defenſione.

Et id erit ſigni me inuitum facere, quòd non proſequar longius quàm ſalus huius, & mea fides poſtulabit. Cauſam tu nullam reperiebas in Sex. Roſcio: at ego in T. Roſcio reperio. tecum enim mihi res eſt T. Roſci, quoniam iſtic ſedes, ac te palam aduerſarium eſſe profiteris. de Capitone pòſt viderimus, ſi quemadmodum paratum eſſe audio, teſtis prodierit. tum alias quoque ſuas palmas cognoſcet, de quibus me ne audiſſe quidẽ ſuſpicatur.

L. Caſſius. L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimmum iudicem putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat, cui bono fuiſſet. Sic vita hominum eſt, vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atq; emolumento accedere. Hunc quæſitorem ac iudicem fugiebant, atque horrebant ii, quibus periculum creabatur: ideo ꝙ tametſi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propenſus ad miſericordiam, q̃ implicatus ad ſeueritatem videbatur. Ego q̃q̃ præeſt huic quæſtioni vir, & contra audaciam fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus, tamen facile me paterer, vel illo ipſo acerrimo iudice quærente, vel apud Caſſianos Iudices, quorum etiam nunc ii, quibus cauſa dicenda eſt: nomen ipſum reformidant, pro Sex. Roſcio dicere. In hac enim cauſa cum viderent illos ampliſſimam pecuniam poſſidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe, illud quidem non quęrerent, cui bono fuiſſet: ſed eo perſpicuum crimen & ſuſpicionem potius ad prędam adiũgerent, q̃ ad egeſtatem. Quid ſi accedit eodem, vt tenuis antea fueris? quid ſi vt auarus? quid ſi vt audax? quid ſi vt illius, qui occiſus eſt, inimiciſſimus? num quærenda cauſa, quæ te ad tantum facinus adduxerit?

Creabatur periculũ.

Clementiſſimus ab innocẽtia.

Caſſiani iudices.

Proſequar) T. Roſcii facinora. Iſtic) vbi tu es, in accuſatorum ſubſelliis. De Capitone poſt viderimus) Poſtquâm T. Roſcium Magnum ſuſpicione cædis impleuerit, Capitonem tractabit. deinde ad T. Roſcium redibit. Alias quoq; ſuas palmas) Nam plurimarùm palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, vt antea dixit. Alias quoque) præter hanc de Roſcii cæde. Cognoſcet) Minatur Capitoni, vt eum a teſtimonio deterreat. Cui bono fuiſſet) Caſſiani huius dicti alibi meminit Cicero. Vt pro Milone, Itaque illud Caſſianum, Cui bono fuerit, in his perſonis valeat, & ſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe paruo. Philippica ſecunda, Quod ſi te in iudicium quis adducat, vſurpetque illud Caſſianum, Cui bono fuerit, vide quæſo ne hæreas. L. Caſſius vir ſummæ ſeueritatis, quoties Quæſitor iudicii alicuius eſſet, in quo quæreretur de homine occiſo, ſuadebat atque etiam præibat Iudicibus, vt quæreretur, cui bono fuiſſet perire eum, cuius de morte quæreretur. Ob quam ſeueritatem quo tempore Sex. Peduceus Trib. pl. criminatus L. Metellum Pont. Max. totumque collegium Pontificum male iudicaſſe de inceſtu virginum Veſtalium, quod vnam modo Æmiliam damnauerat, duas autem Martiam & Liciniam abſoluerat, Pop. Rom. hunc Caſſium creauit, qui de iiſdem virginibus quæreret. Is vtrâque, aliaſque multas nimia, vt tum exiſtimatio erat, aſperitate vſus damnauit. Author eſt Aſconius. Quibus periculum creabatur) id eſt rei. Creare periculum pro eo quod eſt accuſare. Nam reus in periculum adducitur, non ſemel dixit Cicero. Vt in Diuinatione, Quum vero neq; iniuriam acceperis, & Prætori tuo periculum crees, fatearis neceſſe eſt te illi iniuſtum impiũque bellum inferre conari. In oratione ad Quirites antequàm iret in exſilium, Nemini iniuſte periculum creaui, nemini innocenti fui calamitati. Pro L. Cornelio Balbo, Re denique multo ante Gadibus iam audita, fore hinc vt ab illo periculum crearetur, grauiſſima tum in iſtum ciuem ſuum Gaditani Senatuſconſulta fecerunt. Inde periclitantē reum ſæpe dicit Quintilianus. Aliis quoque in rebus creari periculum dicimus, vt de Aruſpicum reſponſis. Monent ne per optimatium diſcordiam diſſenſionemque patribus principibuſque cædes pericula q; creentur. Præeſt huic quæſtioni) id eſt in hac cauſa Quæſitor eſt. Ab innocentia) id eſt ab innocentibus, & vt vulgo dicunt, pro parte innocentium.

Caſſianum dictum.

L. Caſſius.

Creare periculum.

Apud Caſſianos Iudices) Iudices ſeueros, quales erant ii, qui Caſſio Quæſitore iudicabant. Vt Actione in C. Verrem quinta, Non quæro Iudices Caſſianos, veterem iudiciorum ſeueritatem non requiro. Quum viderent) Iudices Caſſiani. Illos) T. Roſcios. Potius ad prædam quàm ad egeſtatem) id eſt ad eos qui prædati ſunt potius q̃ ad eum qui egens factus eſt. Vt tenuis antea fueris) Hæ cauſæ ſunt quæ T. Roſcium ad hoc maleficium impulerſit. Tenuis) id eſt pauper. qua in re hæc vox ſæpe vſurpatur in libris de Officiis.

Caſſiani Iudices.

Tenuis.

Quid ergo horum negari poteſt? Tenuitas hominis eiuſmodi eſt, vt diſſimulari non queat, atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Auaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipis, cognatique fortunis cum alieniſſimo. Quàm ſis audax (vt alia obliuiſcar) hinc omnes intelligere potuerunt, quòd ex tota ſocietate, hoc eſt ex tot ſicariis, ſolus tu inuentus es, qui cum accuſatoribus ſederes, atque os tuum non modo oſtenderes, ſed etiam offerres. Inimicitias tibi fuiſſe cum Sex. Roſcio, & magnas rei familiaris controuerſias, concedas neceſſe eſt. Reſtat Iudices vt hoc dubitemus, vter potius Sex. Roſciũ occiderit: is ad quem morte eius diuitiæ venerint: an is, ad quem mendicitas? is, qui antea tenuis fuerit: an is, qui poſtea factus ſit egentiſſimus? is, qui ardens auaritia feratur infeſtus in ſuos: an is, qui ſemper ita vixerit, vt quęſtum noſſet nullum, fructum autem eum ſolum, quem labore peperiſſet? is qui omnium ſectorum audaciſſimus ſit: an is, qui propter fori, iudiciorúmque inſolentiam, non modo ſubſellia, verum etiam vrbem ipſam reformidat? Poſtremo Iudices, id quod ad rem mea ſententia maxime pertinet, vtrum inimicus potius, an filius? Hæc tu Eruci tot & tanta ſi nactus eſſes in reo, quãdiu diceres? quo te modo iactares? Tempus hercule te citius, quàm oratio deficeret. Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt, vt dies ſingulos poſſis conſumere. Neque ego non poſſum: non enim mihi tantum derogo, tametſi nihil arrogo, vt te copioſius quàm me putem poſſe dicere. Verum ego forſitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer.

Diſſimulari) id eſt occultari. Præfers) id eſt præ te fers & oſtendis. Municipis) Sex. Roſcii. Communicipem autem latine non dici quemadmodum nec conciuem alio in loco ſcripſimus. Alieniſſimo) id eſt nec municipe tuo, nec cognato. Alienus eñ opponitur vel ꝓpinquo, vel amico, vel ciui. Extraneū vulgo appellant. Obliuiſcar) id eſt ne dicam. Os tuum) id eſt tuam audaciam, tuam impudentiam. Qua in reos ſæpe dicitur. Terentius in Eunucho, Os durum. Id exponit Donatus os impudens, vt contra mollis frontis dicuntur, qui ſunt reuerentes. Idem. Vide amabo, ſi non quū aſpicias, os impudens videtur. Ardens auaritia) Ardere cupiditate, iracundia, inuidia, furore, dolore, amore dicit Cicero. In Piſonem, Si triumphum non cupiebas, cuius tandem rei te cupiditate arſiſſe defendes? Pro L. Flacco, Septimium ardentem iracundia videre potuiſtis. Libro Epiſtolarum ad Q. fratrem ſecundo, Res ardet inuidia. Libro epiſtolarum ad Atticum decimo, Alter ardet furore & ſcelere. Libro ſecundo ad eundem, Edicta Bibuli audio ad te miſſa: is ardet dolore, & ira noſter Pompeius. In Verrem Actione quarta, Ardebat amore illius hoſpitæ, propter quam hoſpitii iura violarat. Iiſdem rebus incenſus & inflammatus dicitur. In ſuos) propinquos. Vt quæſtum non noſcet) Quæſtum & fructum diſtinguere hoc loco Cicero videtur, vt quæſtus pecuniæ ſit, fructus agrorum.

Alienus. Os pro audacia & impudentia. Frons mollis. Ardere cupiditate, iracundia, inuidia &c. Queſtus & fructus.

Inſolentiam) Inſolentia proprie dicitur ea quæ conſuetudini contraria eſt. Solens enim ſolitus dicitur Plautus in Amphitryone, Si mendacium dixero, ſolens more meo fecero. Inde inſolens pro inconſueto inſolito. Vt in illo Cæſaris, Tanquàm ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum. Cicero libro de Oratore primo, Ea requiruntur a me, quorum ſum ignarus atque inſolens. Derogo) derogare contrarium eſt hoc loco ei verbo, quod eſt arrogare. Alioqui derogare detrahere & diuinare eſt, vt derogare fidem dicimus. Vt pro M. Fonteio, Quorum virtuti generi, rebus geſtis fidem & authoritatē in teſtimonio cupiditatis atq; inimicitiarū ſuſpicio derogauit. Pro L. Flacco, Non quo nationi huic ego vnus maxime fidem derogem. Tametſi nihil arrogo) ingenii arrogantiam oratori maxime fugiendā eſſe Quintilianus libro. xi. præcipit.

Inſolentia. Derogare.

Ego forſitan propter mulitudinē &c.) Sentētia eſt, Quia multi ſunt patroni, ego forſitan & vix in eorū grege annumerer. Quū vero pauci ſint accuſatores, permultis in Syllana diſſenſione occiſis, tu ſatis bonus accuſator habeare, nō quidem propter eloquentiā tuā, ſed propter accuſatorū paucitatē. In grege) patronorū ſcilicet. Armentū maiorū animaliū eſt, grex vero tā maiorū q̄ minorū dicitur. Vt gregem equarū Cicero dixit Actione in Verrem tertia, gregē equorū T. Liuius libro. xxiiii. & libro. xxxvii. gregem elephātorū. gregem boum Vrgilius libro Georg. iii. Idem libro. Æn. vi. gregem iuuencorū. libro. vii. gregē ouiū libro. viii. gregē porcorū. Horatius quoq; libro Epiſtolarū. i. gregem auiū, vt Valerius Maximus libro. ix. gregē piſciū dixit. Inde grex dicitur pro multitudine hominū ſiue parū honeſta, ſiue honeſta. Vt ab eodē Valerio grex Libitinariorū.

Armentū & grex. Grex hominū.

a Cicerone Philippica.viij.grex mimorum & mimarum, &.xij.grex latronum. Pro domo ſua grex prædonum. Pro P.Seſtio grex fœneratorum. Pro P.Sylla grex hominũ perditorum. Pro Milone grex ancillarum. Pro L. Murena grex iuuentutis. In Piſonem grex nouitiorum. In Diuinatione grex oratorum. In Lælio grex amicorum. In libro de Oratore primo grex philoſophorum, a T. Liuio libro.xxxv.grex Imperatorum dicitur.

Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonũ facit. Multos cæſos non ad Thraſimenũ lacum, ſed ad Seruiliũ vidimus, quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? non neceſſe eſt omnes commemorare Curtios, Marios, deniq; Mamercos, quos iam ætas a prœliis auocabat. Poſtremo Priamũ ipſum ſenẽ, Antiſtiũ, quẽ non modo ætas, ſed etiã leges pugnare prohibebãt. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt, qui inter ſicarios, & de veneficiis accuſabant, qui omnes (quod ad me attinet) vellem viuerent. Nihil enim mali eſt, canes ibi q̃plurimos eſſe, vbi permulti obſeruandi, multaq; ſeruanda ſunt. Verum (vt fit) multa ſæpe imprudentibus Imperatoribus vis belli, ac turba molitur. dũ is in aliis rebus erat occupatus, qui ſummã rerum adminiſtrabat, erant interea qui ſuis vulneribus mederentur: qui tanq̃ ſi offuſa reipublicę ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaq; miſcebant: à quibus miror, ne quod iudiciorum eſſet veſtigium, non ſubſellia quoq; eſſe combuſta. nam & accuſatores, & iudices ſuſtulerunt. Hoc commodi eſt, quod ita vixerunt, vt teſtes omnes, ſi cuperent, interficere non poſſent, nam dum hominũ genus erit, qui accuſet eos, non deerit: dum ciuitas erit, iudicia fient.

Canes multi nihil obſunt vbi multi obſeruandi.

Te pugna Cannenſis) Aenigma eſt. de quo Quintilianus libro. viii. Hæc, inquit, allegoria quæ eſt obſcurior ænigma dicitur, vitiũ meo quidẽ iudicio. Siqui-

dem dicere dilucide virtus. Quo tamen & poetę vtuntur. Dic quibus in terris, &
eris mihi magnus Apollo Treis pateat coeli ſpatium nõ amplius vlnas. Et ora-
tores nonnunquam. Vt Cęcilius Quadrantariam Clytemneſtram & in triclinio
coam, & in cubiculo nolam. Pugna Cannenſis) per pugnam Cannenſem intelli
git miſeram illam & luctuoſam bellorum ciuilium Syllę & Marij diſſentionem,
& Syllanã proſcriptionem. Sat bonum) Sat pro ſatis ante Ciceronis ætatem di Sat p ſatis.
ctum ſæpius eſt, quàm Ciceronis ætate & poſtea. Non ad Traſimenum lacum)
vbi ante pugnam Cannenſem C. Flaminius Cos. cum exercitu cæſus eſt, vt ait
T. Liuius libro. xxij. Sed ad Seruilium) Seruilius iſte lacus vbi ſit legere non Seruilius
memini. Ferro Phrygio) in ænigmate perſiſtit. Per ferrum Phrygium fortaſ- lacus.
ſe gladium Romanum intelligit, quod e Phrygibus Romani ducant originem.

Ferro) id eſt gladio, ſynecdoche eſt. Non neceſſe eſt commemorare &c.) Curtiũ,
Marium & Mamercum accuſatores ignobiles fuiſſe ſignificat. De M. Mario alijſ- M. Marius
que indoctis & turbulentis oratoribus. In libro de Claris oratoribus Cicero. Cn. Cn. Carbo.
Carbonem, M. Marium, & ex eodem genere complures minime dignos elegantis
conuentus auribus, aptiſſimos cognoui turbulentis concionibus. Quo in genere
(vt in his perturbem ætatum ordinem) nuper L. Quintius fuit. Aptior autem L. Quitius
etiam Palicanus auribus imperitorum. Aetas) id eſt ſenectus. Leges enim ſexa-
genarium ocio reddunt. A prętijs) aut a prętijs ipſis, aut reuera ab orandi certa
minibus, & ab accuſandi ratione. Priamum ipſum ſenem) ænigma eſt. De P. P. Antiſti
Antiſtij morte ante ſcripſimus. Eum autem occiſum Plutarchus ſcribit in vita
Pompeij, quòd filia eius Antiſtia Pompeio nupſerat, & ob Pompeium Antiſtius
Syllanam factionem ſequi videbatur. Non omnino bonum oratorẽ hũc Cicero
putat fuiſſe de Claris oratoribus, Verbis, inquit, nõ ille quidem ornatis vtebatur,
ſed tamen non abiectis. Expedita autem erat, & perfacile currens oratio. Et eius
quidem tanquam habita non inurbanus, actio paulum quum vitio vocis, tum
etiam ineptijs claudicabat. Hic temporibus floruit ijs, quibus inter profectionẽ
reditumq́ L. Syllę ſine iure fuit & ſine vlla dignitate Reſp. Hoc autem etiã ma
gis probabatur, quòd erat ab oratoribus quędam in foro ſolitudo. Sulpitius occi-
derat, Cotta aberat & Curio, viuebat e reliquis patronis eius ætatis nemo, præter
Carbonem & Pomponium, quorum vtrunq́ facile ſuperabat. Sexcenti) id eſt
innumerabiles. Numerus certus pro incerto. Inter ſicarios & de veneficijs) impe
ritos eos fuiſſe ſignificat. Canes). i. accuſatores. inde oratores latrare per metapho Latrant
rã ſępe dicũtur, & Scipionẽ a Catone allatrari Liuius refert, vt ait Quintil. libro oratores.
viij. Is qui ſummã &c.). i. L. Sylla. Qui ſuis vulneribus mederentur). i. ſuã ege-
ſtatẽ depellerent, ſua dãna cõpenſarent. Vultus enim pro dãno poni ante ſcripſi.
Vel iudiciorũ metũ ſibi adimerẽt. Vulnus enim pro metu dici Seruius ſignificat Vulnus.
enarrans illũ verſum ex pri. Aen. Quũ Iuno ęternũ ſeruãs ſub pectore vulnus.

Si offuſa Reip. ſempiterna nox eſſet) id eſt ſi omnino Reſp. cõcidiſſet. Vt enim Nox Reip.
mortuorum hominum in ęternũ clauduntur lumina noctem, ita intermortuæ offuſa.

Reip. nox ſempiterna eſt. Omniaq; miſcebant).i. omnia perturbabant, nihilq; non faciebāt. Subſellia)in quibus ſederent accuſatores & iudices.

Verum vt cœpi dicere, & Erucius hæc ſi haberet in cauſa, quæ commemoraui, poſſet ea q̄uis diu dicere, & ego Iudices poſſum. ſed in animo eſt (quemadmodum ante dixi) leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere vnamquanque rem, vt omnes intelligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere. Ideo igitur cauſas eſſe permultas: quæ iſtum impellerent. Videamus nunc ecquæ facultas ſuſcipiendi maleficii fuerit. Vbi occiſus eſt Sextus Roſcius? Romæ. Quid tu Roſci vbi tunc eras? Romę. verum quid ad rem? & alii multi. quaſi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit: ac non hoc quæratur, eum qui Romæ ſit occiſus, vtrum veriſimilius ſit ab eo eſſe occiſum, qui aſſiduus eo tempore Romæ fuerit, an ab eo, qui multis annis Romam omnino non acceſſerit. Age nunc cæteras facultates quoque conſideremus. erat tum multitudo ſicariorum, id quod commemorauit Erucius, & homines impune occidebantur. quid? ea multitudo quę erat? opinor, aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab iis conducebantur, vt aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant, tu es in eo numero, qui noſtra pecunia diues es. ſin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percuſſores vocāt, quære in cuius fide ſint & clientela: mihi crede, aliquem de ſocietate tua reperies. & quicquid tu contradixeris, id cum defenſione noſtra contendito. ita facillime cauſa Sexti Roſcii cum tua conferetur. Dices, quid poſtea, ſi Romæ aſſiduus fui? Reſpōdebo, at ego omnino non fui. Fateor me ſe-

Perſtringere. Percuſſores.

ctorem eſſe, verum & alii multi. at ego (vt tute arguis) agricola & ruſticus. Non continuo, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. at ego profecto, qui ne noui quidem quenq̄ ſicarium, longe abſum ab eiuſmodi crimine. Permulta ſunt, quę dici poſſunt, quare intelligatur ſummam tibi facultatem fuiſſe maleficii ſuſcipiendi: quæ non modo idcirco prętereo, ꝙ te ipſum non libenter accuſo, verum eo magis etiam, ꝙ ſi de illis cædibus velim commemorare, quæ tum factæ ſunt iſta eadem ratione, qua Sex. Roſcius occiſus eſt, vereor ne ad plures oratio mea pertinere videatur. Videamus nunc ſtrictim, ſicut cætera quæ poſt mortem Sex. Roſcii abs te T. Roſci facta ſunt. quę ita aperta & manifeſta ſunt, vt mediuſſidius Iudices inuitus ea dicam. vereor enim cuicuimodi es Roſci, ne ita hunc videar voluiſſe ſeruare, vt tibi omnino non pepercerim. Cum hoc vereor, & cupio tibi aliqua ex parte (quod ſalua fide poſſim) parcere, rurſus immuto voluntatem meam.

' Studio) i. cupiditate. Officio) i. fide. Ecquæ facultas) Authore Quintiliano libro quinto intuendæ ſunt præcipuæ in coniecturis facultates. Credibilius eſt enim occiſos a pluribus pauciores, a firmioribus imbecilliores, a vigilantibus dormientes, a præparatis inopinantes. Quorum contraria in diuerſum valēt. Qui in bonis erant occupati) id eſt qui bonorum ſectores erant, qui conducebant ſicarios, vt occiderent eos quorum bona concupiſcerent. Noſtra). i. Sex. Roſcij. Sæpe enim patronus in perſona litigatoris loquitur. Contendito) id eſt comparato. Ad plures). i. non ad te ſolum. Cuiuſquemodi) Cuicuimodi pro cuiuſcuiuſmodi legendum eſſe Priſcianus docet. Is enim libro. xiij. ſcribens de nominibus, quorum genitiuus in us exit. Hęc inquit ipſa ſecundum mobilium regulā nominum ſolebant apud vetuſtiſſimos terminare etiam genitiuos & datiuos. Vt Terentius in Andria, Tam iners, tam nulli conſilij, pro nullius conſilij. Idem in Heauton. Dum loquitur alterę, pro alteri. Et in Eunucho, Solæ mihi ridiculo fuit, pro ſoli. Et cuicuimodi pro cuiuſcuiuſmodi. Cicero pro Sexto Roſcio. Vereor enim cuicuimodi es Roſci, ne ita hunc videar voluiſſe ſeruare, vt tibi omnino non pepercerim.

Venit enim mihi in mentem oris tui. Té ne cum cæteri ſocii tui fugerent, ac ſe occultarent, vt hoc iudicium non de illorum præda, ſed de huius maleficio fieri videretur, potiſſimum tibi partes iſtas depopoſciſſe, vt in iudicio verſarere, & ſederes cum accuſatore? Qua in re nihil aliud aſſequeris, niſi vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſcatur, & impudentia. Occiſo Sexto Roſcio, qui primus Ameriam nunciat? Mallius Glaucia, quem iam antea nominaui, tuus cliens & familiaris. quid attinuit eum potiſſimum nunciare? quod ſi nullum iam ante conſilium de morte ac de bonis eius inieras, nullámque ſocietatem neque ſceleris, neque præmii, cum homine vllo coieras, ad te minime omnium pertinebat? Sua ſponte Mallius nunciat? quid quæſo eius intererat? an cum Ameriam non huiuſce rei cauſa veniſſet, caſu accidit, vt id quod Romæ audierat, primus nunciaret? cuius rei cauſa venerat Ameriam? non poſſum, inquit, diuinare. eo rem iam adducam, vt nihil diuinatione opus ſit. Qua ratione Roſcio Capitoni primum nunciauit? cum Ameriæ Sexti Roſcii domus, vxor, liberique eſſent, cum tot propinqui cognatique optime conuenientes? qua ratione factum eſt, vt iſte tuus cliens ſceleris tui nuncius Tito Roſcio Capitoni potiſſimum nunciaret? Occiſus eſt à cœna rediens. nondum lucebat, cum Ameriæ ſcitum eſt. quid hic incredibilis curſus? quid hæc tanta celeritas feſtinatióque ſignificat? non quæro quis percuſſerit. nihil eſt Glaucia quod metuas: non excutio te, ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor, nihil ad me arbitror pertinere. quoniam cuius conſilio occiſus ſit, inuenio: cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Vnum hoc ſumo, quod

mihi apertum tuum ſcelus reſque manifeſta dat. vbi aũt vnde audiuit Glaucia? qui tam cito ſciuit? fac audiſſe ſtatim. quæ res eum nocte vna tantum itineris contendere coegit? quæ neceſſitas eum tanta premebat, vt ſi ſua ſponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma proficiſceretur, nullam partem noctis requieſceret? Etiã ne in tam perſpicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capienda ſit? Nonne vobis hæc, quæ audiſtis, cernere oculis videmini Iudices? Non illum miſerum, ignarum caſus ſui, redeuntem à cœna videtis.

Oris tui) id eſt tuæ impudẽtiæ, vel audaciæ. Te ne partes iſtas depopoſciſſe) Huiuſmodi queribundæ orationes & interrogatoriæ ſolent eſſe ſine verbo modi finiti. Virgilius in primo Aeneidos, Me ne incœpto deſiſtere victam? Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem? Itemque, Mene Iliacis occumbere campis Non potuiſſe, tuaque hanc animam effundere dextra? Hoc dicendi genus Terentio familiare eſt. Cæteri ſocij tui) id eſt alij ſicarij. Aſſequeris) accentu acuto in penultima. Eſt enim futuri temporis. Occiſo Sexto Roſcio) Oſtendit Sex. Roſcium a Tito Roſcio occiſum eſſe ex eius morte per Mallium Ameriam nunciata. Nullamque) Si emendatus eſt hic locus, hoc dicendi genus ado Nullusq.
leſcentiæ Ciceronis tribuendum eſt, a quo fere poſtea diſceſſit. Nam alijs in locis Nuſquãq.
nec vllum aut neque vllum, nec vnquam aut neque vnquam ſolet Cicero dicere: non nullumque aut & nullum, nunquamque aut & nunquam. Diuinare) vulgo dicũt addiuinare. Cõuenientes) id eſt concordes, manſueti, bonis moribus præditi. Nondum lucebat) id eſt ante primam lucem. Lucebat hoc loco eſt ex verbis ijs quæ grammatici exemptæ actionis appellant, cuiuſmodi ſunt tonat, pluit, ſerenat &c. Quæ autem in narratione breuiter attigit, ea hic tractat amplius, & cum argumentis. Non excutio te) id eſt non exquiro an vllum telum in veſtimentis occultum habueris. Apertum tuum ſcelus) Ad Titum Roſcium verba deflectit. Tantum itineris) LVI millia. Contendere) id eſt cõtente & celeriter conficere. Id temporis) id eſt eo tempore, id eſt poſt primam horam noctis, quum iam occiſus eſſet Sextus Roſcius. Capienda) id eſt inue- Capere cõ-
nienda. Vt capere conſilium pro eo quod eſt inuenire dicimus. Nonne hęc quę iecturam &
audiſtis &c.) Perſpicuitas eſt, quæ a Cicerone ſub oculos ſubiectio, a Græcis conſilium.
ἐνάργεια dicitur. De qua Quintilianus libris quarto & octauo plura ſcribit.

Non poſitas inſidias? non impetum repentinum? non verſatur ante oculos vobis in cęde Glaucia? non adeſt iſte T. Roſcius? non ſuis manibus in curru collocat Autumedontem illum ſui ſceleris acerbiſſimi nefariæq; victoriæ nuncium? non orat vt eã noctem peruigilet? vt honoris ſui cauſa laboret? vt Capitoni q̃ primum nunciet? Quid erat quod Capitonem primum ſcire voluerit? neſcio. niſi hoc video: Capitonem in his bonis eſſe ſociũ: de tribus & decem fundis, tres nobiliſſimos fundos eum video poſſidere. Audio præterea non hanc ſuſpitionem nunc primum in Capitonem conferri, multas eſſe infameis palmas, hanc primam eſſe tamen lemniſcatam, quæ Romæ deferatur. nullum modum eſſe hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit, multos ferro, multos veneno. Habeo etiam dicere quem contra morem maiorum, minorem annis LX de põte in Tyberim deiecerit. qui ſi prodierit, atq; adeo cum prodierit, ſcio enim proditurum eſſe, audiet. veniat modo, explicet ſuum volumen, illud quod ei planum facere poſſum Erucium conſcripſiſſe, quod aiunt illum Sex. Roſcio intentaſſe, & meditatum eſſe, ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. O prę clarum teſtem Iudices. ô grauitatem dignam expectatione

Lẽniſcatus

De ponte deijcere.

Ponere inſidias.

Poſitas inſidias) Vt pro P. Seſtio, Monuerunt, vt eſſet cautior, eiuſque vitæ a me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerunt. Facere inſidias quum alibi tum pro Milone dicit ſępius. Autumedontem illum) Autumedontem appellat Glauciam propter tantam celeritatem itineris tam breui ſpatio confecti. Autumedon enim Patrocli auriga fuit. Occiſo Patroclo Hector in Autumedontem pergit, ipſum feriendi cupidus: at illum iam equorum immortalium fuga abſtulerat, quos equos Peleo dij immortales dederant, vt ait Homerus libro Iliad. xvj. Sui) T. Roſcij. Capitonem in his bonis eſſe ſociũ) Capitonem hoc loco tractare incipit. Id eñ ante pollicitus fuit, quũ dixit, De Capitone poſt viderim⁹. De tribus & decẽ) Antea mutato ordine dixit, Fũdos decẽ & tres reliquit. Suſpi

Autumedon.

Cõferre ſu- ſpitionẽ & inuidiam.

tionẽ cõferri) Cõferre ſuſpitionẽ dicit, vt pro L. Flaco cõferre inuidiã. Hic Dorylẽſis nuper quũ efferretur magna frequentia, cõſeſſuq; veſtro mortis illius inuidiã in L. Flaccum Lælius conferebat. Infames palmas) Habebatur enim pluri marum palmarum vetus ac nobilis gladiator, vt dixit antea. Hanc primam) de cæde Sex. Roſcij, qui Capitonis conſilio interfectus eſt. Lemniſcatam) id eſt maxime inſignem, vt in gladiatorum metaphora maneat. Lemniſci, vt ait Sex. Pompeius, ſunt faſciolæ coloriæ, id eſt ex lana non tincta, ſed natiui coloris, dependentes ex coronis. Propterea autẽ dicuntur, quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Ex tenuiſſimis philyræ, id eſt tiliæ tunicis quæ ſunt inter corticem & lignũ huiuſmodi lemniſcos fieri ſolitos Politianus cap. lxxij. Miſcellaneorum multis teſtimoniis probat. Nullum eſſe modum) multis enim modis homines occiduntur, ſed præcipue ferro aut veneno. Habeo etiã dicere) Hoc dicendi genere non ſemel vſus Cicero eſt. Vt pro P. Quintio, Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare. Pro L. Cornelio Balbo, Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiuſmodi. Libro Epiſtolarum ad Atticum decimo, Eo minus habeo neceſſe ſcribere, aut etiam cogitare, quid ſim facturus, ſi acciderit vt legarer. Libro de Natura Deorũ tertio, Hęc fere dicere habui de natura Deorum. Quem contra morem maiorum &c.) M. Varro, vt eſt apud Nonium Marcellum ſcripſit ſexagenarios a negociis publicis liberos atque ocioſos eſſe debere. Ideoq; in prouerbiũ, vt quidam putant, veniſſe, vt diceretur ſexagenarios de ponte deijci oportere, id eſt quòd ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant. De hoc prouerbio apud Eraſmum multa legere licet. In ponte ſuffragia ferri ſolita ſignificat author Rhetoricorum ad Herennium libro primo. Cœpio, inquit, vt illum contra Senatuſcõſultum intercedẽtibus collegis, aduerſus Rempublicam vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes diſturbat, ciſtas deijcit, impedimento eſt quo ſecius feratur lex.. Ad hunc igitur morem alludit Cicero, quum dicit hominem quendam a Capitone in Tyberim præcipitatum. Niſi forte id verum eſt quod putãt poſt vrbem Romam a Gallis liberatam ob cibatus inopiam ſexagenarios in Tyberim de ponte deijci cœptos. Quæ ſententia Siſinnio Capitoni non placet, vt eſt apud Sextum Pompeium. Explicet ſuum volumen) Veteres quum primũ in folijs arborum, & deinde in libris arborum ſcribebant, tum nec folia nec libros ſuebant, ſed alia alijs ſuperpoſita inuoluebant, ne ordo eorum turbaretur. Inde dictum volumen eſt, & euoluere & explicare volumen. Erucium conſcripſiſſe) derogat fidem Capitonis teſtimonio, qui nõ quod ſentiat, ſed quod Erucius velit, dicturus ſit. Et ita quodammodo accuſator teſtis eſſet. Vt autem patrono in cauſa ſua teſtimonium dicere non licet, vt ait Arcadius Iuriſconſul. libro Digeſtorum viceſimoſecundo de teſtibus, ita multo minus liceat accuſatori. Naturalis enim fauor authore Quintiliano, eſt pro laborantibus. Meditatum eſſe) id eſt didiciſſe.

Lemniſci.

Habeo dicere.

Sexagenarios de põte deijcere.

Volumen vnde dictũ

Teſtis patronus.

O vitam honeſtam, atque eiuſmodi, vt libentibus animis ad eius teſtimonium veſtrum iuſiurandum accommodetis. Profecto non tam perſpicue iſtorum maleficia videremus, niſi ipſos cæcos redderet cupiditas & auaritia, & audacia. Alter ex ipſa cæde volucrem nuncium Ameriam ad ſocium atque ad magiſtrum ſuum miſit, vt ſi diſſimulare omnes cuperent, ſe ſcire ad quem maleficium pertineret, tamen ipſe apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos poneret. Alter (ſi diis immortalibus placet) teſtimonium etiam in Sextum Roſcium dicturus eſt. quaſi vero id nunc agatur, vtrum id quod dixerit, credendum, an quod fecerit, vindicandum ſit. Itaque more maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de

Aphrican' ſua re non dicerent. Aphricanus, qui ſuo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe, tamen ſi ſua res ageretur, teſtimonium non diceret. nam illud in talem virum non audeo dicere: ſi diceret, non crederetur. Videte nunc quàm verſa & mutata in peiorem partem ſint omnia. cum de bonis & de cæde agatur, teſtimonium dicturus eſt is, qui & ſector eſt, & ſicarius: hoc eſt, qui & illorum ipſorum bonorum de quibus agitur, emptor atque poſſeſſor eſt: & eum hominem occidendum curauit, de cuius morte quęritur. Quid tu vir optime? ecquid habes quod dicas? mihi auſculta, vide ne tibi deſis, tua quoque res per

† audacter. magna agitur. multa ſcelerate, multa †audaciter, multa improbe feciſti: vnum ſtultiſſime, profecto tua ſponte, non de Erucii ſententia, nihil opus fuit te iſti credere. neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam vtitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit, Huc accedit, quòd paulo ta-

men occultior atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet: nunc quid eſt, quod quiſquàm ex vobis audire deſideret? cum quæ facitis, eiuſmodi ſint, vt ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini. Age nunc, illa videamus Iudices, quæ ſtatim conſecuta ſunt. ad Volaterras in caſtra L. Syllæ, mors Sexti Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nunciatur. quæritur etiam nunc quis eum nuncium miſerit. nonne perſpicuum eſt, eundem qui Ameriam? Curat Chryſogonus, vt eius bona væneant ſtatim, qui non norat hominem aut rem. at qui ei venit in mentem prædia concupiſcere hominis ignoti, quem omnino nunquàm viderat? Soletis, cum aliquid huiuſcemodi audítis Iudices, continuo dicere: neceſſe eſt aliquem dixiſſe municipem, aut vicinum. ii plerunque indicant, per eos plerique produntur.

Dedita opa

Libētibus animis).i. libenter & attēte. Ad eius teſtimoniū &c.).i. vt ſecundū eius teſtimoniū iudicetis. Volucrē nunciū) Vulgo poſtā appellant. Ipſe) T. Roſcius. Si dijs immortalibus placet) Hęc parēthesis poni ſolet in Ironia & in irriſione. Vt in L. Piſonē, Appellatus eſt hic Vulturius illius prouincię, ſi dijs placet, Imperator. Libro de Finibus ſecūdo, Quoniā, ſi dijs placet, ab Epicuro loqui diſcimus. Libro Tuſculanarū quęſt. v. Qua gloria cōmotus Epicurus exoritur, cui etiā, ſi dijs placet, videtur ſemper ſapiens beatus. Is quod dixerit) Id quod dixerit legendū. Tertiā partē orbis).i. Africā. Quū de bonis & cæde agatur) nō de minimis rebus. Qui & ſector &c.) qui ampliſſimus nō eſt. Multa audacter) Priſcianus lib. xv. cenſet hoc loco legendū eſſe audaciter. Is enim de aduerbiorū forma ſcribēs, Alia, inquit, datiuo ter addunt penultima correpta, vt fortis forti fortiter, vtilis vtili vtiliter, felix felici feliciter, audax audaci audaciter. ſed per ſyncopā in vſu eſt frequētior audacter. Terēti. in Phorm. Minus multo audacter quàm nūc lędit, lęderet. Salluſtius tamen hiſtoriarū ſecūdo audaciter protulit ſecūdum analogiā. Et Cic. pro Sex. Roſcio, Multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbe feciſti. Accuſatore muto) Teſtis enim qui in accuſatoris ſubſellio ſedet, accuſatori fauet, iſq; quodāmodo accuſator, ſed mutus eſt. Qui de accuſatoris) Paulo Iuriſc. lib. Digeſt. xxij, de teſtib⁹ nō placuit interrogari teſtes eos quos accuſator de

Volucer nuncius.

Si dijs placet.

Audaciter.

Teſtis ꝑductus de domo accuſatoris.

domo produxerit. Vt hos interrogari non placet, ita iis qui de accuſatoris ſubſellio ſurgãt credi oportere Cicero negat. Eſſet).i. eſſe deberet. Ad Volaterras &c. Vt ante fecit, ita hoc loco amplius probat id quod in narratione dixit breuiter. Hominem) Sex. Roſcium. Aut rem) id eſt eius prædia. At qui) id eſt quomodo. Aliquem municipem) cõmunicipem vulgo dicerent.

†hanc

Hic nihil eſt ꝙ ſuſpitione †hoc putetis. nõ enim ego ita diſputabo: veriſimile eſt, Roſcios iſtã rem ad Chryſogonũ detuliſſe: erat enĩ eis cũ Chryſogono iã antea amicitia. nã cũ multos veteres à maioribus Roſcii patronos hoſpiteſq; haberẽt, omneis eos colere atq; obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidẽ & cliẽtelam cõtulerũt. hęc poſſum omnia vere dicere. ſed in hac cauſa cõiectura nihil opus eſt. ipſos certo ſcio nõ negare, ad hæc bona Chryſogonũ acceſſiſſe impulſu ſuo. Si eũ, qui indicii partẽ acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare Iudices qui indicarit? Qui ſunt igitur in iſtis bonis, quibus partẽ Chryſogonus dederit? duo Roſcii. nũ quiſnã præterea? nemo eſt Iudices. num ergo dubiũ eſt, quin ii obtulerint hãc prędã Chryſogono, qui ab eo partem prędæ tulerũt? Age nũc ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorum factũ conſideremus. Si nihil in iſta pugna Roſcii, quod operępreciũ eſſet, fecerãt, quã ob cauſam à Chryſogono tantis pręmiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt, nonne ſatis fuit his gratias agi? deniq;, vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? cur tria prædia, tantæ pecuniæ, ſtatim Capitoni dantur? cur quę reliqua ſunt, iſte Roſcius omnia cum Chryſogono communiter poſſidet? nonne perſpicuum eſt Iudices has manubias

Manubiæ.

Roſciis Chryſogonum re cognita conceſſiſſe? Venit in decem primis legatus in caſtra Capito. totam vitam, naturam, moreſque hominis ex ipſa legatione cognoſcite.

Hoc) id eſt hac re,quod videlicet municeps aliquis aut vicinus dixerit,niſi hâc non hoc legere mauis,vt in codicibus alijs inuenio ſcriptum. Putare ſuſpitionē dicit,vt putare rationes libro epiſtolarum ad Atticum quarto. Is quum veniſſet Romam,& illum & ſe ſtatim venturos, vt rationes cum publicanis putarēt.

Putare ſuſpitionem & rationē.

Non enim ego ita diſputabo) Occupatio. Id enim dicit, quod ſe negat dicere.

Qui ſunt igitur in iſtis bonis) id eſt qui habent iſta bona? Qua ratione dicimus aliquem eſſe in ære alieno,id eſt habere æs alienum. Obtulerint) id eſt nũciauerint. Tulerunt,id eſt acceperunt. Vt pro Roſcio comœdo, Cognitor ſi fuiſſet tuus,quod viciſſet iudicio,ferres tuum. Inde ferre puncta, & tribum, pro eo quod eſt accipere ſuffragia, de quo genere ſcribimus in inuectiuas. Ferre fructum in eadem re dicitur, id eſt accipere vel percipere. Vt in oratione pro domo ſua, Vtriuſque temporis fructum tuli maximum. Et pro Cn. Plancio, Fructus autem ex ſeſe, non vt oportuiſſet lætos & vberes, ſed magna acerbitate permixtos tuliſſem. Et pro P. Seſtio. Piſo ille gener meus, cui fructum pietatis ſuæ neque ex me, neque a populo Romano ferre licuit. Operæprecium) id eſt vtile & fructuoſum Chryſogono, quaſi precium operæ, id eſt facinoris.

Eſſe in bonis.

Ferre pro accipere.

Ferre fructum.

Rem detulerunt) id eſt cædem nunciauerunt. Honoris aliquid haberi) vt ante dixit Sexti Roſcij ſeruos apud Chryſogonum in honore & precio haberi. Has manubias. Aulus Gellius cap. viceſimoquarto libri decimitertii & Nonius Marcellus prædam & manubias ita diſtingunt,vt ſit præda corpora ipſarum rerum quæ capiuntur: manubiæ vero pecuniæ ex præda vendita redactæ. Aſconius vero Pædianus in commentarijs in Præturam Vrbanam manubias eſſe dicit ſpolia quæſita de viuo hoſte nobili per deditionem. Erat autem hæc præda Imperatorum,ex qua quid vellent,facerent. Idem paulo ante dicit manubias prædam eſſe Imperatoris proportione, de hoſtibus captam. Hæc Aſconij ſententia mihi melior eſſe videtur. Nam manubias Imperatoris a Cicerone dici multis in locis attendimus. Vt in oratione contra Rullum ad Quirites, An Pompeiũ non adhibebit? In eius prouincia vendet manubias Imperatoris? Itemque, Acceſſerunt in cumulum manubiæ veſtrorum Imperatorum. His manubijs quod volebant Imperatores faciebant, ſæpius tamen in monimenta deorum,vt templa, vel in vrbis ornamenta conferebant, vt eadem in oratione ſignificat Cicero. Caſtoris ædem L. Metellus de manubijs extruendam curauit,vt ait Aſconius. Authore Cicerone pro domo ſua Q. Catulus de manubijs Cimbricis porticum fecit. Quia igitur pugnam in qua occiſus eſt Sextus Roſcius & prædam ante dixit, manubias Chryſogoni dicit, tanquam eius pugnæ Imperator fuerit. Venit in decem &c.) Arguit Roſcium Capitonem, quod legatus Decurionum mandata violauerit & ſocios fefellerit. Primis) Nam Decurionum decretum factum eſt,vt decem primi proficiſcantur ad Syllam, vt in Narratione dictum eſt.

Manubiæ.

Prēda.

Niſi intellexeritis Iudices nullum eſſe officium, nullum
ius tam ſanctum atque integrum, quod non eiuſce vis
atque perfidia violarit, & imminuerit, virum optimum
eſſe eum iudicatote. Impedimento eſt quo minus de his
rebus Sylla doceatur: cæterorum legatorum conſilia, &
voluntatem Chryſogono enunciat: monet, vt prouideat,
ne palam res agatur: oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bono-
rum, illum pecuniam grandem amiſſurum ſeſe capitis pe-
riculum aditurum: illum acuere, hos qui ſimul erant miſſi,
fallere: illum identidem monere, vt caueret, hiſce inſidio-
ſe ſpem falſam oſtendere: cum illo contra hos inire conſi-
lia, horum conſilia illi enunciare: cum illo partem ſuam
†hora depeciſci, hiſce aliqua fretum †aura ſemper omnis aditus
ad Syllam intercludere. Poſtremo iſto hortatore, aucto-
re, interceſſore ad Syllam legati non adierunt, iſtius fi-
de, ac potius perfidia decepti: id quod ex ipſis cognoſcere
poteritis, ſi accuſator voluerit teſtimonium eis denun-
ciare, pro re certa ſpem falſam domum retulerunt. In pri-
uatis rebus ſi qui rem mandatam non modo malitioſius
geſſiſſet, ſui quæſtus aut commodi cauſa, verum etiam
negligentius, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus
Mandati iudicium. exiſtimabant. itaque mandati conſtitutum eſt iudicium,
non minus turpe quàm furti. credo propterea quòd qui-
bus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ
noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. quam qui læ-
dit, oppugnat omniũ commune pręſidiũ: & quantũ in ipſo
eſt, diſturbat vitę ſocietatẽ. Non enim poſſumus omnia per
nos agere, alius in alia eſt re magis vtilis. Idcirco amicitiæ
cõparãtur, vt cõmune cõmodũ mutuis officiis gubernetur.

Virum optimum eſſe eum iudicatote) & ita Sex. Roſcium damnatote. Iam admonuimus, vti Cicero probationes ſuas fore clariſſimas promittere ſolitus ſit, alioqui ſe non recuſare, quo minus damnetur reus is quem defendit. Si ſublata ſit)ex Syllæ decreto. Illum acuere) Capito acuebat & excitabat Chryſogonum. Huiuſmodi infinitiuis, pro imperfectis indicatiui modi comici & hiſtorici ſæpius quàm oratores vtuntur. Cum illo partem ſuam depaciſci) id eſt de parte ſua pactionem facere. Depeciſci autem non depaciſci legendum eſſe Priſcianus docet. Libro nono ſcribit verba permulta eſſe quę in compoſitione mutent a, alia in i, alia in e. Vt tango contingo, frango confringo, ago exigo gradior ingredior: fatiſcor defetiſcor, paciſcor depeciſcor. Eſt autem depeciſci pactionem facere. Terentius in Phormione, Ita me, Dij bene ament, vt mihi liceat tandiu quod amo, frui, Iam depeciſci morte cupio. Hora) In codicibus alijs aura ſcribitur. Infinitiuꝰ pro indicatiuo. Depeciſci.

Illius fide) Fidem apud antiquos in vtranq; partem appellatā eſſe ex libro de Officijs tertio ſæpe cognoſci poteſt. Inde fides bona ſæpe appellatur. Fidem malam pro perfidia idem Cicero dixit libro de Natura Deorum tertio, Inde tot iudicia de fide mala, tutelæ, mandati, pro ſocio &c. Fide ac potius perfidia) Correctio eſt. Satis enim idoneo vocabulo ſibi vſus non videbatur, ideo magis idoneū repoſuit. Teſtimonium denunciare) id eſt in iudicium vocare vt dicant teſtimonium. Quintilianus libro quinto duo teſtium genera dicit. Alios enim voluntarios, alios quibus iudex publicis iudicijs lege denunciare ſolet. de hoc verbo alio loco plura ſcribimus. Spē falſam) Quam ſpem legati Ameriam retulerint dixit in narratione. In priuatis rebus) Locus communis eſt. Tractat in generali quàm turpe habitum ſit in priuatis rebus mandatum negligenter gerere, vt a minore ad maius probet, quàm turpe habendum ſit in negocio publico mandatum non modo deſerere, ſed etiam ne geratur malitioſa conſulere. Eadem quoque arguendi ratione paulo poſt vtitur, vbi de violata ſocietate ab hoc Capitone agit. Rem mandatam.) Authore Paulo Iuriſconſulto libro Digeſtorum decimoſeptimo titulo Mandati vel contra, Obligatio mandati conſenſu contrahentium conſiſtit. Ideo per nuncium quoque, vel per epiſtolam mandatum ſuſcipi poteſt. Item ſiue rogo, ſiue volo, ſiue mando, ſiue alio quocunque verbo ſcripſerit, mandati actio eſt. Mandatum niſi gratuitum nullum eſt. Nam originem ex officio atque amicitia trahit. Contrarium porro eſt officio merces. Interueniente enim pecunia res ad locationem & conductionem potius reſpicit. Malitioſius) id eſt callidius. Vicaria fides) id eſt quæ vices noſtras ſubit. Fides amicorum) qui mandatum noſtrum receperunt. Operæ noſtræ ſupponitur) id eſt loco operæ noſtræ ponitur. Recipis) id eſt ſuſcipis & te executurum promittis. Fides in vtranque partem. Mandati obligatio. Vicaria fides.

Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuerſurus es? cur mihi te offers? ac meis commodis officio ſimulato officis & obſtas? recede de medio, per alium tranſigam. Suſcipis onus officii, quod te putas ſuſtinere poſſe, quod minime videtur graue iis, qui minime ipſi leues ſunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt, quòd duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam & fidem, nam neque mandat quiſquàm fere niſi amico: neque credit, niſi ei quem fidelem putat. Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi crediditſſet. Ita ne eſt? in minimis rebus. qui mandatum neglexerit, turpiſſimo iudicio condemnetur neceſſe eſt. in re tanta, cum is, cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ ſunt atque concreditæ, ignominia mortuum affecerit, is inter honeſtos homines atque adeo inter viuos numerabitur? In minimis priuatiſque rebus etiam neglígẽtia in crimen mandati †iudiciique infamiam reuocatur: propterea quòd ſi recte fiat, illum negligere oporteat qui mandarit, non illum qui mandatum receperit. In re tanta, quæ publice geſta atque commiſſa ſit, qui non negligentia priuatum aliquod commodum læſerit: ſed perfidia, legationis ipſius cerimoniam polluerit, maculáque affecerit: qua is tandem pœna afficietur? aut quo iudicio damnabitur? Si hanc ei rem priuatim Sextus Roſcius mandauiſſet, vt cum Chryſogono tranſigeret, atque decideret, inique eam rem fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret: ille, qui ſeſe facturum recepiſſet, nomen ſi ex eo negocio tantulum in rem ſuã conuertiſſet, damnatus per arbitrũ, & rem reſtitueret, & honeſtatem omnẽ amitteret?

Amicitia & fides duę res ſanctiſſimæ.

Cõcredit⁹.

†Iudiciiq.

Nunc non hanc ei rem Sextus Roſcius mandauit, ſed id quod multo grauius eſt, ipſe Sextus Roſcius cum fama, vita, boniſque omnibus à Decurionibus publice Roſcio mandatus eſt.

Quid recipis mandatum) Fictio eſt alicuius qui mandauit, expoſtulantis cum
eo cui mādauit. Fama mortui) Sex Roſcij. Hunc enim nobilitati & Syllę aduer-
ſarium, ideoq; proſcriptum accuſatores dixerāt. Ignominia mortuum affecerit)
Illud mihi aſcribendum videtur. Fortunis viuum ſpoliauerit, aliudve quid ad
eandem ſententiam. vt ita legatur, Ignominia mortuum affecerit, fortunis vi-
uum ſpoliauerit. In rebus minimis. A minore ad maius arguit. Iudicijq; infa-
miam) id iudicium famoſum. Ita enim Iuriſperiti ſolent appellare. Si recte fiat)
negligentia ſcilicet. Geſta) id eſt mandata. Priuatū aliquod cōmodū) id eſt pri-
uatum commodum alicuius. Cerimonias) Legationem perinde vt rem ſacram Legatio
veteres habuerunt, cui deum Mercurium prefecerunt. Ideoq; legatos violare im res ſacra.
pium habebatur. Quam ſacros feciales ſuos Romani habuerunt, quantis cum ce-
rimonijs eos mittere ſoliti ſint, ignotum non eſt. Aliarum quoq; legationum ce-
rimonias eſſe, locus hic documento eſt. Si hanc ei rem &c.) Argumentum a fi-
ctione eſt. Tranſigeret) id eſt de predijs patris paciſceretur. Quamuis paciſci &
tranſigere diſtinguant Iuriſperiti. Vlpianus enim libro ſecundo Digeſtorum de
tranſactionibus, Qui tranſigit, inquit, quaſi de re dubia & lite incerta neque fini Trāſigere.
ta tranſigit. Qui vero paciſcitur donationis cauſa rem certam & indubitatam li Paciſci.
beralitate remittit. Eſt igitur tranſigere, quod vulgo dicunt facere appūctumen
tum. Decideret) id eſt pactionem & deciſionem faceret. Vt autem antea dixit par Decidere.
tem ſuam depeciſci: ita pro Roſcio Comœdo, Tuam partem dimidiam quemad
modum vis decide. Ibidem tamē dicit, De tota re decidiſti. In eam rem fidē ſuā
interponeret) id eſt pactionibus & conuentis manſurum ſe promitteret. Rece- Recipere. i.
piſſet) id eſt promiſiſſet. Vt libro epiſtolarum ad Attic. v. Omnino oīa ſe facturū promittere
recepit. In ſe recipere pro eo quod eſt recipere dicitur. Vt libro Epiſtol. famil. xiij.
Sed tamē ſeparatim promitto, in meq; recipio fore eum tibi & voluptati & vſui.
Itemq;, Spondebo enim tibi, vel potius ſpōdeo in meq; recipio, eos eſſe M Curij
mores, & cętera. Recipio tibi, vt promitto tibi dicimus. Plācus Ciceroni lib. Epi-
ſtolarū Familiariū. x. Si omnia mihi integra & ſpe & fortuna ſeruauerit, recipio
vobis celeriter me negociū ex ſententia confecturū. Cic. lib. xiij. A. Fuſiū vnū ex
meis intimis obſeruātiſſimū ſtudioſiſſimūq; noſtri eruditū hoīem, & ſūma hūmani
tate tuaq; amicitia digniſſimū velim ita tractes, vt mihi corā recepiſti. Itēq;, Gra
tiſſimū mihi feceris, ſi curaris, vt intelligat Brutus id qđ ei recepi, hācmeā cōme
dationē ſibi magno adiumēto fuiſſe. Mādatus eſt) i. cū mandato commendatus.

Et ex eo Titus Roſcius, non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit, ſed hunc funditus euertit bonis: ipſe tria prædia ſibi depectus eſt, voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti fidem ſuam fecit. Videte iam porro cætera Iudices, vt intelligatis fingi maleficium nullum poſſe, quo iſte ſeſe non contaminarit. In rebus minoribus ſocium fallere turpiſſimum eſt, æqueque turpe, atque illud de quo ante dixi, neque iniuria: propterea, quòd auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cum per eius fidem læditur, cui ſe commiſerit? Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maxime, quæ difficillime præcauentur. tecti eſſe ad alienos poſſumus. intimi multa apertiora videant neceſſe eſt, ſocium vero cauere qui poſſumus? quem etiam ſi metuimus, ius officii lædimus. Recte igitur maiores, eum qui ſocium fefelliſſet, in virorum bonorum numero non putauerunt haberi oportere. At vero Titus Roſcius non vnum rei pecuniariæ ſocium fefellit (quod tametſi graue eſt, tamen aliquo modo poſſe ferri videtur) verum nouem homines honeſtiſſimos, eiuſdem muneris, legationis, officii, mandatorúmque ſocios, induxit, decepit, deſtituit, aduerſariis tradidit, omni fraude & perfidia fefellit: qui de eius ſcelere ſuſpicari nihil potuerunt, ſocium officii metuere non debuerunt, eius malitiam non viderunt, orationi vanæ crediderunt. Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi, propter iſtius inſidias parum putantur cauti, prouidique fuiſſe. Iſte qui initio proditor fuit, deinde perfuga: qui primo ſociorum conſilia aduerſariis enunciauit, deinde ſocietatem cum ipſis aduerſariis coiit,

Tantidem quanti.

Animaduertenda peccata.

Socij fides.

Pro ſocio iudicium.

terret etiam nos, ac minatur, tribus prædiis, hoc eſt præmiis ſceleris ornatus. In eiuſmodi vita Iudices, in his tot tantiſque flagitiis, hoc quoque maleficium, de quo iudicium eſt, reperietis. Etenim quærere ita debetis: vbi multa auare, multa audaciter, multa improbe, multa perfidioſe facta videtis, ibi ſcelus quoque latere, inter illa tot flagitia putatote.

Euertit) id eſt ſpoliauit, expilauit. Vt Actione in Verrē tertia, Venit ad Verrē M. Marcellus, petit ab eo pro ſua fide ac diligētia pluribus verbis, ne per ſummā iniuriam pupillum Iuniū fortunis patris conetur euertere. Actione quarta, An huiuſmodi iudiciū det, quo iudicio indicta cauſa fortunis omnibus euerti neceſſe ſit? Itemq́ꝫ, Cogitare cœperunt eius inimici nihilo minus eodem Prætore hunc euerti bonis poſſe, quo Heraclius eſſet euerſus. Tantidem quanti fidem) id eſt minimis. In rebus minoribus ſociū fallere) Vt violare mandatum docuit eſſe turpiſſimū: ita & eadem fere via docet q̄ turpe ſit fallere ſociū, id eſt eū cum quo ſocietatem coieris. Authore Cicerone pro Q. Roſcio, ſi qua ſunt priuata iudicia ſummę exiſtimationis, & pene dicā capitis, tria hęc ſunt fidutię tutellę, ſocietatis. Æque enim perfidioſum & nefariū eſt fidē frangere, quæ continet vitā, & pupillum fraudare, qui in tutelā peruenit, & ſociū fallere, qui ſe in negocio cōiunxit. Societatē autē coire ſolemus aut omniū bonorū, aut vnius alicuius negociationis, veluti mancipiorum vēdendorū emēdorūq́ꝫ, aut olei, aut vini, aut frumenti emēdi vēdēdiq́ꝫ. Vt eſt in libro Inſtitutionū Iuſtiniani tertio, de ſocietate. Cōmunicauit) id eſt cōmunē fecit. Tecti eſſe ad alienos poſſumus) ſi alienos præcauere poſſumus. Intimi) id eſt maxime familiares. Multa apertiora) ſed non omnia. Ideo eos pręcauere poſſumus. Cauere ſociū) de hoc dicēdi genere ante dixi. Quod tametſi graue eſt) Ex hac re amplificat magnitudinem ſceleris Capitonis. Induxit, decepit, deſtituit) Vt in L. Piſonem. Hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit. Deſtituere dicitur is qui promiſſum non facit, vt in Cluentianā ſcripſimus: Is autem fallit. ideo deſtituere fallere eſt. Aduerſariis tradidit) id eſt prodidit Chryſogono. Malitiam) id eſt verſutiam. Orationi vanæ) id eſt mēdaciis Capitonis. Parū putātur cauti) quòd miſſi Legati munus ſuū non obierint. Proditor) ſociorū ſcilicet. Perfuga) qui ad aduerſarium tranſiit, eique ſuorum ſociorum conſilia aperuit. Qui primo ſociorum) ideo proditor. Deinde ſocietatem) Ideo perfuga. Prædiis hoc eſt præmiis) Annominatio eſt. In his) id eſt inter hæc. Audacter) Audaciter, vt ante legendum eſt.

Euertere hominē.

Societatē coire.

Deſtituere

Tametſi hoc quidem minime latet, quod ita promptum & propoſitum eſt, vt non ex illis maleficiis quæ in illo conſtat eſſe, hoc intelligatur, verum ex hoc etiam ſi quod illorum forte dubitatur, conuincatur. Quid tandem quęſo Iudices, num aut ille laniſta omnino iam a gladiatore ceſſiſſe videtur? aut is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedere? Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Etenim quoniam fidem magiſtri cognoſtis, cognoſcite nunc diſcipuli æquitatem. Dixi iam antea, ſæpenumero poſtulatos eſſe ab iſtis duos ſeruos in quæſtionem, tu ſemper T. Roſci recuſaſti. quæro abs te, ii ne, qui poſtulabant, indigni erant qui impetrarent? an iſte non commouebat, pro quo poſtulabant? an res ipſa tibi iniqua videbatur? Poſtulabant homines honeſtiſſimi atque integerrimi noſtræ ciuitatis, quos iam antea nominaui, qui ita vixerunt, taléſque à populo Romano putantur, vt quicquid dicerent, nemo eſſet, qui non æquũ putaret. Poſtulabant autem pro homine miſerrimo atque infeliciſſimo, qui vel ipſe ſeſe in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quæreretur. Res porro abs te eiuſmodi poſtulabatur, vt nihil intereſſet, vtrum eam rem recuſares, an de maleficio confiterere. Quæ cum ita ſint, quæro abs te quam ob cauſam recuſaris? Cum † occiditur Sex. Roſcius, ibidem fuerunt. Seruos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. quòd a vobis † oppugnari video, ne in quæſtionem dentur, ſuſpicioſum eſt: ꝙ vero apud vos ipſos in honore tanto ſunt, profecto neceſſe eſt ſciant aliquid: quod ſi dixerint, pernicioſum vobis fu-

† occideretur

† repugnari

turum ſit. In dominos quæri de ſeruis iniquum eſt. An ne quæritur? Sex. enim Roſcius reus eſt. Neque enim cum de hoc quæritur, vos dominos eſſe dicitis. Cũ Chryſogono ſunt.

In illo) Capitone. Conſtant) conſtat legendum putarem. Illorum) maleficiorum. Dubitatur) id eſt dubium & incertum eſt. Dubitatur paſſiue dici attendendũ eſt. Conuincatur) id eſt probetur. Ille laniſta) Capito. A gladiatore ceſſiſſe) Morem fuiſſe ſignificat, vt veteres gladiatores multarum palmarum victores, nimiũ callidi artifices a gladiatoribus ceſſarent, id eſt gladiatores eſſe deſinerenr. Aut is diſcipulus) T. Roſcius Magnus. Vtriuſq; paria ſcelera dicit, vt eos in odium magis adducat. Tantulum) id eſt minima re. De arte) gladiatoria. Gemina) id eſt ſimilis & æquabilis. Vt, Geminiq; minantur In cœlum ſcopuli. De quo verbo alibi plura. Fidem) Ironia eſt, vt poſtea æquitatem. Fidem) quod ſit proditor & perfuga. Dixi iam antea) Dixit enim antea, Te nunc appello P Scipio, te Metelle &c. Sæpenumero poſtulatos) Ne intelligas dixi ſæpenumero. Aliquoties, inquit ante Cicero, duos ſeruos paternos in quæſtionem ab aduerſariis Sex. Roſcius poſtulauit. Abiſtis) Scipione, & Metello. Quæro abs te) Tria quærit, & ad ſingula reſpondet. An iſte) T. Roſcius. Attendendum eſt hoc pronomine litigatorem oſtendi, quum alibi fere ſolitus Cicero ſit, per pronomen hic demonſtrare. Ipſe ſeſe in cruciatũ) Mouet affectum, & remouet ab eo criminis ſuſpicionem. Vtrum eam rem recuſares &c.) Recuſando enim de maleficio ſatis confitetur. Verbum confiteri a Cicerone aliiſque ita vſurpari attendimus, vt dicũt confiteri de ſcelere, non ſcelus, quemadmodum accuſare defendere damnare de furto de repetundis de ambitu dicimus. Vt in partitionibus oratoriis, Minime eſſe concedendum, vt is qui de re confiteatur, verbi ſe interpretatione defendat. Ea de re amplius ſcribimus in Ligarianam. Quum occiditur) Videtur legendum, Quũ occideretur. Quod a vobis oppugnari) Aut oppugnari pro repugnari poſuit. aut certe repugnari legi debet. In dominos quæri de ſeruis) Hoc proponit tanquàm ab aduerſariis reſponſum. quòd hi ſint ſerui T. Roſciorum & Chryſogoni. De his igitur ſi quæreretur, in dominos quæreretur. De ſeruis in dominos quæri quod non liceat, ſcribimus in Milonianam. An ne quæritur?) de ſeruis in dominos? ſcilicet. Quum de hoc quæritur) Si locus hic emendatus eſt, ſententia eſt, quum quæritur de hoc, id eſt de Roſcii cæde, vos ſeruorum eius dominos non dicitis. De hoc quæritur, ne intelligas de Roſcio habetur quæſtio. Nam antiquo ciuili Romanorum iure de liberis hominibus non quærebatur.

Dubitatur paſſiue.

Confiteri de peccatis

Ita credo literis eorum, & vrbanitate Chryſogonus ducitur, vt inter ſuos omnium deliciarum atque omniũ artium puerulos ex tot elegantiſſimis familiis lectos, velit hos verſari homines pene operarios ex Amerina diſciplina patris familiæ ruſticani. Non eſt ita profecto Iudices, non eſt veriſimile. vt Chryſogonus horum literas adamarit, aut humanitatem: non vt rei familiaris negocio diligentiam cognorit eorum & fidem. eſt quiddam quod occultatur, quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur & abſconditur, eo magis eminet & apparet. Quid igitur? Chryſogonus ſui maleficii occultandi cauſa quæſtionem de his haberi non vult? minime Iudices. non in omneis arbitror omnia conuenire. Ego in Chryſogono, quod ad me attinet, nihil eiuſmodi ſuſpicor, neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere. Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam: in crimen, cuius tota argumentatio permiſſa Erucio eſt: & in audaciam, cuius partes Roſciis impoſitæ ſunt. quicquid maleficii, ſceleris, cædis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit: nimiam gratiam potentiámque Chryſogoni dicimus, & nobis obſtare, & perferri nullo modo poſſe: & a vobis, quoniam poteſtas data eſt, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere. Ego ſic exiſtimo, qui quæri velit ex iis, quos conſtat cum cædes facta ſit, affuiſſe, eum cupere verum inuenire. Qui recuſet: eum profecto tametſi verbo non audeat, tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri. Dixi initio Iudices, nolle me plura de iſtorum ſcelere dicere, quàm cauſa poſtularet, ac neceſſitas ipſa cogeret. Nam & multæ res afferri poſſunt, & vnaquæque earum multis cum argumentis

In mētem venit dicere.

Meminiſtis diſtribuiſſe.

dici poteſt. Verum ego quod inuitus, ac neceſſario facio, neque diu, neque diligenter facere poſſum: quæ præteriri nullo modo poterant, ea leuiter Iudices attigi: quæ poſita ſunt in ſuſpicionibus, de quibus ſi cœpero dicere, pluribus verbis ſit diſſerendum, ea veſtris ingeniis coniecturæq; cõmitto. Venio nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni, ſub quo nomine tota ſocietas ſtatuitur: de quo Iudices neq; quomodo dicam, neq; quomodo taceam reperire poſſum. Si enim taceo, vel maximam partem relinquo: ſin autem dico, vereor ne nõ ille ſolus (id quod ad me nihil attinet) ſed alii quoque plures læſos ſe eſſe putent.

Literis eorum) Ironia eſt. Ex tot elegantiſſimis familiis) quæ in Syllana proſcriptione publicatæ ſunt & auctionatæ. Permagnã Chryſogoni potentiam dicit. Operarios) id eſt duros, ruſticos, mechanicos, qui operari ſolẽt. Vt Actione in Verrem. vi. Barbatos quoſdam Lilybæo ſcitote aduocatos eſſe operarios. Et libro Tuſculanarum diſputationum quinto, An quicquàm ſtultius eſt? quàm quos ſingulos ſicut operarios barbaroſq; contemnas, eos aliquid putare eſſe vniuerſos? Eoſdem opifices appellat in libro de Officiis primo, Opificeſque omnes in ſordida arte verſantur. Operarii. Opifices. Patrifamiliæ) Sex. Roſcii. Non vt rei) id eſt non eſt veriſimile vt rei &c. Eorum) ſeruorum. Diligentiam & fidem) In ſeruis hæc duo commendantur maxime. In omnes) T. Roſcios & Chryſogonem.

Omnia) vt ficti criminis accuſationem, audaciam & potentiam. Poteſtas data eſt) a populo Romano. Quæri) id eſt quæſtionem haberi. Venio nunc) Partitionis eius qua antea vſus eſt, hæc eſt pars tertia. Quum ad nouam quæſtionem, id eſt materiam accedimus admonendi ſunt auditores, qua ratione fiũt magis attenti. Hinc illa ſæpe. Reliquum eſt. Reſtat. Venio nunc &c. Ad aureũ nomen Chryſogoni) Raro fit vt in nomine aduerſarii ludamus. Cicero Actione tertia, ludens in nomine Verris, ex ridiculorum hominum ſermone id ſe ſumere dicit. Chryſogonus autem eſt quaſi tu dicas aureum genus, vel aureum ſemen. Nam χρυσός aurum, & ἡ γονή genus vel ſemen dicitur. Statuitur) id eſt ponitur & firmatur. Neque quomodo dicam) addubitatio eſt. Vel maximam) id eſt non ſolum magnam ſed maximam. Id quod ad me nihil pertinet) ſi videlicet ſolus læſum ſe eſſe putet.

Tametſi ita ſe res habet, vt mihi in communem cauſam
Sectores. ſectorum dicendum nihil magnopere videatur. Hæc enim cauſa noua profecto & ſingularis eſt, bonorum Sex. Roſcii emptorem Chryſogonum. Primum hoc videamus, eius hominis bona qua ratione vænierunt, aut quomodo vænire potuerunt. Atque hoc non ita quæram Iudices, vt id dicam eſſe indignum, hominis innocentis bona venisse. Si enim hæc audientur, ac libere dicentur, non fuit tantus homo Sex. Roſcius in ciuitate, vt de eo potiſſimum conqueramur. Verum ego hoc quæro, qui potuerunt iſta ipſa lege, quæ de proſcriptione eſt, ſiue Valeria eſt, ſiue Cornelia: non enim noui, nec ſcio. verum iſta ipſa lege bona Sex. Roſcii vænire qui potuerunt? Scriptum enim ita dicunt eſſe, vt eorum bona væneant, qui proſcripti ſunt. quo in numero Sex. Roſcius non eſt, aut eorum, qui in aduerſariorum præſidiis occiſi ſunt. Dum præſidia vlla fuerunt, in Syllæ præſidiis fuit: poſteaquàm ab armis receſſerunt, in ſummo ocio rediens a cœna Romæ occiſus eſt. Si lege, bona quoque, lege væniſſe fateor. Sin autem conſtat, contra omneis non modo veteres leges, verum etiam nouas occiſum eſſe, bona quo iure, aut quomodo, aut qua lege vænierint, quæro. In quem hoc dicam quæris Eruci? non in eum quem vis, & putas. Nam Syllam & oratio mea ab initio, & ipſius eximia virtus omni tempore purgauit. Ego hæc omnia Chryſogo-
Ementiri. num feciſſe dico, vt ementiretur, vt malum ciuem Roſcium fuiſſe fingeret, vt eum apud aduerſarios occiſum eſſe diceret, vt hiſce de rebus a Legatis Amerinorum doceri L. Syllam paſſus non ſit. Denique etiam illud ſuſpi-

cor, omnino hæc bona non vęniſſe : id quod poſtea, ſi per vos Iudices licitum erit, aperietur. Opinor enim eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones venditionéſque fiant, nimirum Calen. Iunias. Aliquot poſt menſes & homo occiſus eſt, & bona vęniſſe dicuntur. Profecto aut hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt, nóſque ab iſto nebulone facetius eludimur, q̃ putamus : aut ſi redierunt, tabulę publicæ corruptæ aliqua ratione ſunt.

Singularis) id eſt cum aliis non coniuncta, nec iis ſimilis. Itaque de hac cauſa poſſum dicere, nihil attingendo communem ſectorum cauſam. Emptorum Chryſogonum) eſſe ſcilicet. Eius hominis) Sex. Roſcii. Docet autem Sex. Roſcii bona lege nulla vęniſſe. Hæc) id eſt indignum eſſe bona hominis innocentis vęniſſe. Vt de eo potiſſimum) Multi enim viri clariſſimi fuerunt, quorum bona vænierunt, de quibus itidem queri liceret. Siue Valeria eſt, ſiue Cornelia) Mortuis Cn. Papyrio Carbone in Sicilia & C. Mario filio Preneſte Conſulibus, vt noui Coſſ. fierent, Interregem Senatus creari iuſſit. Creatus eſt L. Valerius Flaccus. Author eſt Appianus libro primo, Omniũ legum iniquiſſimam diſſimillimãque legis L. Flaccus Interrex de Sylla tulit, vt omnia quæcunque ille feciſſet, eſſent rata. Quæ lex non hominis ſed temporis eſſe videtur. Author eſt Cicero in oratione contra Rullum ad Quirites. Flacco Interrege Dictatura, quæ per annos quadringentos intermiſſa fuerat, Syllæ, quãdiu gerere vellet demandata eſt. Hæc lex proſcriptionis a quo lata ſit incertum ſibi eſſe Cicero dicit, a Flacco ne, qui tulit, vt quęcunque Sylla feciſſet, ea rata eſſent, an a L. Cornelio Sylla. Leges appellari ſolitas ex nominibus iis quæ proxima ſequerentur prænomina alibi diximus. Inde lex Valeria, & lex Cornelia dictæ ſunt, quas L. Valerius Flaccus & L. Cornelius Sylla tulerunt. Ocio) id eſt pace. Si lege) occiſus eſt ſcilicet. Non in eum quem vis) id eſt non in L. Syllam. Ementiretur) id eſt plane mentiretur. Vt efficere & exorare magis ſunt quàm facere & orare, ita ementiri quàm mentiri. Apud aduerſarios) id eſt in præſidiis aduerſariorum. Id quod aperietur) id eſt plane & aperte dicetur.

Lex Valeria.

Legum nomina.

Ementiri.

Si per vos licitum erit) id eſt ſi patiamini, & ſi attente audiatis. Poſtea) id eſt iam. Ibi enim aperire incipit, Opinor enim eſſe in lege &c. In tabulas publicas nullas redierunt) id eſt in tabulis publicis ſcripta nõ ſunt, id eſt non ſunt, vt vulgo loquuntur, irregiſtrata.

Nam lege quidem bona venire non potuiſſe conſtat. Intelligo me ante tempus Iudices hæc ſcrutari, & propemodum errare, qui cum capiti Sex. Roſcii mederi debeam, rediuiam curem. Non enim laborat de pecunia, non vllius rationem ſui commodi ducit, facile egeſtatem ſuam ſe laturum putat, ſi hac indigna ſuſpicione, & ficto crimine liberatus ſit. Verum quæſo a vobis Iudices, vt hæc pauca quæ reſtant, ita audiatis, vt partim me dicere pro me ipſo putetis, partim pro Sex. Roſcio. Quæ enim mihi ipſi indigna & intolerabilia videntur, quæque ad omneis, niſi prouidemus arbitror pertinere, ea pro me ipſo, & animi mei ſenſu, ac dolore pronuncio. Quæ ad huius vitæ caſum, cauſámque pertineant, & quid hic pro ſe dici velit, & qua conditione contentus ſit, iam in extrema oratione noſtra Iudices audietis. Ego hæc a Chryſogono mea ſponte remoto Sex. Roſcio quæro: Primũ, quare ciuis optimi bona venierint? Deinde, quare hominis eius, qui neque apud aduerſarios occiſus eſt, bona venierint, cum in eos ſolos lex ſcripta ſit? Deinde, quare aliquanto poſt eam diem vænierint, quæ dies lege præfinita eſt? Deinde cur tantulo vænierint? Quæ omnia, ſi quemadmodum ſolent liberti nequam & improbi facere, in patronum ſuũ voluerit conferre, nihil egerit. nemo eſt enim qui neſciat, propter magnitudinem rerum multa multos, partim conniuente, partim imprudente L. Sylla commiſiſſe. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia præteriri? non placet Iudices, ſed neceſſe eſt. Etenim ſi Iupiter Optimus Maximus, cuius nutu & arbitrio cælum, terra, mariáque reguntur, ſæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis

tempeſtatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore
hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit: quo-
rum nihil pernicii cauſa diuino conſilio, ſed vi ipſa, &
magnitudine rerum factum putamus. at contrà, commo-
da quibus vtimur, lucémque qua fruimur, ſpiritúmque
quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus:
quid miramur L. Syllam, cum ſolus rempublicam regeret,
orbémque terrarum gubernaret, imperiique maieſtatem,
quam armis receperat, legibus confirmaret, aliqua ani-
maduertere non potuiſſe? niſi hoc mirum eſt, quod vis di-
uina aſſequi non poſſit, ſi id mens humana adepta non ſit.

Ante tempus) id eſt citius quàm debeam. Prius enim oſtendere debeo Sex.
Roſcium contra omnem legem occiſum, quàm bona eius lege nulla vęniſſe. Rediuiæ
Rediuiam curem) Rediuia eſt quum circa vngues cutis ſe reſoluit, vt ait Sex.
Pompeius. Sic autem dicta eſt, quia rediuire pro ſoluere dixerint antiqui. Suc-
cida lana ex aqua frigida impoſita rediuias ſanat, vt ait Plinius cap. ſecundo, li-
bri. xxix. Quæſo a vobis Iudices) Attentos facit. In extrema oratione) id
eſt in extrema parte orationis. in concluſione. De hoc dicendi modo, quàm fa- Extrema
miliaris Ciceroni ſit ſcribimus in commẽtariis in Catonem Maiorem. Apud oratio.
aduerſarios) id eſt in aduerſariorũ præſidiis. In eos ſolos) aduerſarios. Tan-
tulo) Sex. enim Roſcii bona erant ſexagies ſeſtertium, & vęnierunt tãtum duo-
bus millibus numũ. Tantulo vęnierint) In primitimo diceretur tanti vęnie- Tantulo
rint. In patronum ſuum) L. Cornelii Syllæ Chryſogonus libertus erat, ideo vęnierint.
L. Cornelius appellatus eſt. Magnitudinem rerum) quas L. Sylla gereret.
Præteriri) a Sylla ſcilicet. Iupiter Opt. Max.) Iouem propter beneficia po- Iupiter
pulus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominauit, vt ait Cicero Opt. Max.
in oratione pro domo ſua. Perdidit) id eſt vaſtauit. Pernicii cauſa) A. Gellius
cap. xiiii. libri. ix. docens nomina quintę declinationis apud veteres habuiſſe ge-
nitiuum, vt huius facies, facii & facie, hunc locum citat, vt probet huius pernicii
a Cicerone dictum. Vi ipſa) Ventorum tempeſtatum &c. Magnitudine rerũ)
quas Iupiter ipſe gerat. Eo enim aliis rebus agendis occupato hæc fiunt. Multa
quoque diis imprudentibus fieri poetæ ſignificant. Vt apud Homerum libro
Iliados. xiiii. Iouem Iuno ſopiuit. Eo dormiente Neptunus cõtra Iouis edictum.

Græcos adiuuat. Experrectus Iunoni iraſcitur: fugientibus Troianis opitulatur id eſt apud Virgilium libro Æn. primo. Aeolus imprudente Neptuno ventos in mare immittit, agitat & vexat Troianos. Id reſciſcẽs Neptunus ventis Aeoloque iraſcitur, & mare pacat. Spiritumq; quem ducimus) Ducere ſpiritum dicit, vt ante ducere animam. Receperat) id eſt recuperauerat.

Ducere ſpiritum.

Miſſa faciam.

Verum vt hæc miſſa faciam, quæ iam facta ſunt, ex iis quæ nunc maxime fiunt, nonne quiuis poteſt intelligere, omnium architectum, & machinatorem vnum eſſe Chryſogonum, qui Sex. Roſcii nomen deferendum curauit? hoc iudicium, cuius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius.

DESVNT NONNVLLA.

aptam, & ratione diſpoſitam ſe habere exiſtimant, qui in Salentinis aut in Brutiis habent, vnde vix ter in anno audire nuncium poſſunt. Alter tibi deſcendit de palatio, & ædibus ſuis: habet animi cauſa rus amœnum, & ſuburbanum, plura præterea prædia, neque tamen vllum niſi præclarum & propinquum: domus referta vaſis Corinthiis & Deliacis, in quibus eſt Authepſa illa, quam tanto precio nuper mercatus eſt, vt qui prætereuntes precium enumerare audiebant, fundum venire arbitrarentur. Quid præterea cælati argenti? quid ſtragulæ veſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe? Tantum ſcilicet, quantum e multis ſplendidiſque familiis, in turba & rapinis coaceruari vna in domo potuit. Familiam vero quantam, & quàm variis cum artificiis habeat, quid ego dicam? Mitto haſce arteis vulgares, coquos, piſtores, lecticarios: animi & aurium cauſa tot homines habet, vt quotidiano cantu vo-

Audire nuncii.

Vaſa Corinthia & Deliaca.

Authepſa.

cum, & neruorum, & tibiarum, nocturniſq; conuiuiis tota vicinitas perſonet. In hac vita Iudices quos ſumptus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis?

Accuſare ſe dixit Erucius. Nonnulla hoc loco deeſſe nemini dubium eſt. Ea tamen pauca eſſe arbitror, propterea quod ante dixerit pauca reſtare quæ dicturus ſit. Aptam, videtur præmittendum, habitationem aut villam aut latebram ſuæ nequitiæ & ignauiæ aptam &c. Qui in Salentinis aut in Brutiis habent) id eſt habitant. Et ſi liceret diuinare quæ in ſuperioribus deſunt: legerem ſic, Hoc iudicium cuius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius, mendacii & manifeſtæ calumniæ conuincit eos: nam nequitiæ & ignauiæ ſuæ latebrã aptam &c. Cuius honoris cauſa) quia honeſtum eſt iudicibus ſi culpam viri coram eis arguit

Alter) Chryſogonus. Oſtendit quæ diuitiæ, quæque luxuria Chryſogono ex hac proſcriptione accreuerit, vt eum in inuidiam & odium Iudicibus adducat. Vaſis Corinthiis & Deliacis) Authore Plinio cap. ſecundo libri xxxiiii. ex illa antiqua æris gloria Corinthium maxime laudatur. Antiquiſſima autẽ æris gloria Deliaca fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe. Authepſa illa) Authepſam vas eſſe Corinthium aut Deliacum precioſiſſimum ſignificat.

Corinthiũ æs.

Deliacum æs.

Authepſa.

Fundum venire) Tanti enim authepſa iudicabatur, quanti fundus. Authore Florentino Iuriſc. libro Digeſtorum quinquageſimo, de verborum & rerum ſignificatione, fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur. Sed in vſu, vrbana ædificia, ædes ruſtica, villæ dicuntur. Locus vero ſine ædificio in vrbe, area: rure autem, ager appellatur. Ideóq; ager cum ædificio fundus dicitur.

Fundus quid ſit.

Quid ſtragulæ veſtis?) Stragula veſtis vt ait Aſconius, picta eſt. Hac voce alibi vſus Cicero eſt. Actione in Verrem tertia, Præterea greges equarum eius iſtũ abigendos curaſſe, argenti veſtiſque ſtragulæ quod fuerit curaſſe auferendũ. Actione quarta, Præterea greges noblliliſſimarum equarum abactos, argenti veſtiſque ſtragulæ domi quod fuerit eſſe direptum. Itemq; Plena domus cælati argenti, multæq; ſtragulæ veſtis. Latini authore Varrone libro de Lingua latina quarto, quicquid inſternebant a ſternendo ſtragulum appellabant. Quid pictarum tabularum) Pictæ tabulæ, ſigna, id eſt imagines cereæ argenteæ aureæ, etiam marmorariæ, vt pictores & ſtatuarii apud veteres magno in precio fuerũt.

Stragula veſtis.

In turba & rapinis) id eſt in proſcriptione. Artificiis) id eſt artificibus vt ſeruitia pro ſeruis dicuntur. Lecticarios) id eſt lecticarum artifices. Alioqui lecticarii ſunt, qui lecticam vehunt, vt in commentariis in Inuectiuas amplius ſcribimus. Vocum & neruorum & tibiarum) Muſica triplex eſt, quæ fit ore, quæ manu, quæ flatu. Hanc muſicam triplicem hoc loco ſignificat. Hanc autem luxuriam Chryſogoni Cicero commemorat, vt eum in odiũ & in inuidiam Iudicibus adducat. In hac vita) id eſt in tali viuendi ratione.

Lecticarii.

Quæ vero conuiuia? honeſta credo in eiuſmodi domo: ſi domus hæc habenda eſt potius, quàm officina nequitiæ, & diuerſorium flagitiorum omnium. Ipſe vero quemadmodum compoſito & delibuto capillo paſſim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis Iudices, & inuidetis: & vnum videtis Iudices, vt omnes deſpiciat, vt hominem præ ſe neminem putet, vt ſe ſolum beatum, ſolum potentem putet. Quæ vero efficiat, & quæ conetur, ſi velim commemorare, vereor Iudices, ne quis imperitior exiſtimet, me cauſam nobilitatis victoriámque voluiſſe lædere. tametſi meo iure poſſum, ſi quid in hac parte mihi non placeat, vituperare. Non enim vereor ne quis alienum me animum habuiſſe a cauſa nobilitatis exiſtimet. Sciunt ii, qui me norunt, me (pro illa tenui infirmáque parte poſteaquàm id quod maxime volui, fieri non potuit, vt componeretur) id maxime defendiſſe, vt ii vincerent, qui vicerunt. Quis enim erat, qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere? Quo in certamine perditi ciuis erat, non ſe ad eos iungere, quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Quæ perfecta eſſe, & ſuum cuique honorem & gradum redditum, gaudeo Iudices, vehementerque lætor: eáque omnia deorum voluntate, ſtudio populi Romani, conſilio, & imperio, & felicitate L. Syllæ geſta eſſe intelligo. Quòd animaduerſum eſt in eos, qui contrà omni ratione pugnarunt (non debeo reprehendere, quòd viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus eſt) laudo. Quæ vt fierent, idcirco pugnatum eſſe arbitror, meque in eo ſtu-

Officina nequitiæ.

Delibutus capillus.

dío partium fuiſſe confiteor.

Officina nequitiæ.

Officina eloquētię.

Credo) Ironía eſt. Potius quàm officina nequitiæ) Correctio eſt. Officina, vt ait Valla libro quarto eſt vbi opera fiunt, vt ſtatuarii, fuſoris, flatoris, cælatoris, excuſoris, pictoris, ſutoris fabri. Officina nequitiæ per tranſlationem dicitur, vbi admittitur multa, & quaſi exercetur nequitia. Vt contra officina eloquentiæ ſchola dicitur, vbi diſcipuli fiunt eloquentes. Cicero de Oratore ad Brutum de Iſocrate, Quum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in ſcribendo principes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiæ eſt. Compoſito & delibuto capillo) Authore Quintiliano libro quinto, vitam, vultum, inceſſum, habitum incuſare multum valet ad conciliandum iis, quos inuiſos facere volueris odium. Vt pro Cluentio aduerſus Quintium Cicero, ipſam prætextam demiſſam ad talos inſectatus eſt. Capillum compoſitum) id eſt calamiſtratum & delibutum Chryſogoni eadem ratione hoc loco Cicero inſectatur.

Delibutus capillus.

Capillus potius q̃ capilli.

Delibuto) id eſt vncto. Vt de Claris oratoribus, Qui deuinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuũ delibutus. Delibutum gaudio per tranſlationem Terentius in Phormione dicit, Satis eſt, ſi te delibutum gaudio reddo. Ad animũ, inquit Donatus, tranſtulit, quod eſt corporis. Nam delibutus vnctus dicitur. Capillo) Capillos in numero plurali vulgus, capillum in ſingulari docti appellare ſolent. Per forum volitet) Id inſolentię inconſtantię & arrogantię eſt. vt pro domo ſua de P. Clodio, Quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. Præ ſe) id eſt comparatione ſui. Cæteros homines comparatione ſui belluas non homines eſſe putabat. Imperitior) id eſt ſimplicior, & de vulgo. Imperitos enim idiotas, &, vt vulgo dicunt, ſimplices ſæpe appellat Cicero. Cauſam) id eſt partes nobilitatis, quas L. Sylla tutatus vicit. Lædere) id eſt reprehēdere & vituperare. Pro illa tenui infirmaq; parte) quæ plebeiorum erat, quã Marius tutabatur. Vt componeretur) id eſt vt pax & concordia reſtitueretur. Componere enim ſedare eſt. Virg. 1. Æn. Sed motos pręſtat componere fluctus. Ii vincerent) Syllani ſcilicet. Humilitatem cum dignitate) id eſt plebeios cum patriciis. Eſt autem intellectio. Res enim dicitur, & perſona intelligitur. De amplitudine) id eſt de magnitudine, & vt vulgo dicunt, de ſuperioritate. Ad eos) nobiles & patricios. Quibus incolumibus) id eſt victoribus. Domi) id eſt in vrbe in patria, & foris, id eſt extra vrbē, extra patriam. Qua in re domi & foris ſępe dicuntur. Vt fruſtra ſunt foris arma, niſi eſt conſiliũ domi. Quòd animaduerſum eſt in eos) id eſt quòd proſcripti ſunt, eorũq; bona publicata. Animaduertere in aliquem eſt eũ legitime punire, quaſi adhibita animaduerſione, nequid temere fiat: de qua re Laurētius Valla accurate diſſerit. Viris fortibus) Syllanis militibus. Honos habitus eſt) id eſt data ſunt præmia. Vt ante, Nonne ſatis fuit his gratias agi? denique vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi?

Habere honorem.

Sin autem id actum eſt, & idcirco arma ſumpta ſunt, vt homines poſtremi, pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas vniuſcuiuſque impetum facerent, & id non modo re prohibere non licet, ſed ne verbis quidem vituperare, tum vero in iſto bello non recreatus, neque reſtitutus, ſed ſubactus, oppreſſuſque populus Romanus eſt. Verum longe aliter eſt, nihil horum eſt Iudices: non modo non lædetur cauſa nobilitatis, ſi iſtis hominibus reſiſtetis, verum etiam ornabitur. Etenim qui hæc vituperare volunt, Chryſogonum tantum poſſe queruntur: qui laudare volunt, conceſſum ei non eſſe commemorant. Ac iam nihil eſt quod quiſquàm aut tam ſtultus, aut tam improbus ſit, qui dicat, vellem quidem liceret, hoc dixiſſem: dicas licet, hoc feciſſem, facias licet, nemo prohibet. hoc decreuiſſem. decerne, modo recte, omnes approbabunt. hoc iudicaſſem: laudabunt omnes, ſi recte & ordine iudicaris. Dum neceſſe erat, reſque ipſa cogebat, vnus omnia poterat. qui poſteaquàm magiſtratus creauit, legéſque conſtituit, ſua cuique procuratio auctoritáſque eſt reſtituta. Quam ſi retinere volunt ii, qui receperunt, in perpetuum poterunt obtinere. Sin has cædes, & rapinas, & hos tantos támque profuſos ſumptus aut facient, aut approbabunt, nolo in eos grauius quicquàm, ne hominis quidem cauſa, dicere. Vnum hoc dico, noſtri iſti nobiles, niſi vigilantes & boni & fortes & miſericordes erunt, iis hominibus, in quibus hæc erunt, ornamenta ſua concedant neceſſe eſt. Quapropter deſinant aliquando dicere, male aliquem loquutum eſſe, ſi quis vere ac libere locutus ſit: de-

ſinant ſuam cauſam cum Chryſogono communicare : deſinant, ſi ille læſus ſit, de ſe aliquid detractum arbitrari: videant ne turpe miſerúmque ſit, eos qui equeſtrem ſplendorem pati non potuerunt, ſerui nequiſſimi dominationem ferre poſſe. Quæ quidem dominatio Iudices in aliis rebus antea verſabatur : nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis : ad fidem, ad iuſiurandum, ad iudicia veſtra, ad id, quod ſolum prope in ciuitate ſyncerum ſanctúmque reſtat. Hic ne etiam ſeſe putat aliquid poſſe Chryſogonus? hic etiam potens eſſe vult? O rem miſeram atque acerbam.

Munito

Homines poſtremi) id eſt perditiſſimi, quales ſunt T. Roſcii & Chryſogonus. Hæc) id eſt hanc nobilitatis victoriam. Conceſſum ei non eſſe) id eſt imprudente Sylla hæc eum facere commemorant. Tam ſtultus) id eſt tam imperitus, tam ſimplex. Vnus omnia poterat) id eſt L. Sylla omnem poteſtatem habebat. Nam Dictator factus erat. Magiſtratus creauit) Creare magiſtratus rariſſime, facere magiſtratus ſæpiſſime a Cicerone dici inuenias. Cuique) magiſtratui. Quam) magiſtratuum procurationem & authoritatem.

Poſtremi homines.

Creare magiſtratũ & facere.

Ii) id eſt eius ordinis homines, id eſt nobiles. ſi enim Syllæ beneficio recuperauerunt etiam eos magiſtratus, quos plebi in eius ſeceſſione concedere coacti fuerant, vel cuiuſmodi eſt, vt alter Conſulum e plebe eſſet. Noſtri iſti nobiles) qui gerunt magiſtratus. In quibus hæc erunt) id eſt qui erunt vigilantes boni &c. Ornamenta ſua) id eſt ſuos magiſtratus. Male loquutum eſſe. Sic dixit, vt dicimus aliquem male audire, non malum ſeu debilem aut corruptum habeat auditum, ſed de quo mala dicuntur : & qui ea de ſe audiens dici male afficitur. Sic hoc loco male loquutum dicit, non qui cum vitio & impedimento linguæ ſit loquutus : ſed qui maledixerit, id eſt detraxerit & inique locutus ſit. Equeſtrem ſplendorem) Equites enim lege Sempronia iudicauerunt per annos quinquaginta. Iis L. Sylla iudicandi poteſtatem ademit propterea quòd in ciuili diſſenſione Cinnæ fauerant. Serui nequiſſimi) Chryſogoni, qui Syllæ ſeruus fuit. In aliis rebus) in proſcriptione in ſectione. Hic) id eſt in veſtris iudiciis. Aliquid poſſe) id eſt aliquam poteſtatem habere.

Equites Iudices.

Neque me hercules hoc indigne fero, ꝙ verear, ne quid poſſit: verum quòd auſus eſt, quòd ſperauit ſeſe apud tales viros aliquid ad perniciem poſſe innocentis, id ipſum queror. Idcirco ne experrecta nobilitas armis atque ferro rempublicam recuperauit, vt ad libidinem ſuam liberti ſeruulique nobilium, bona, fortunas veſtras, noſtráſque vexare poſſent? Si id actum eſt, fateor me erraſſe, qui hoc maluerim: fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim. tametſi inermis Iudices ſenſi. Sin autem victoria nobilium ornamento, atque emolumento reipublicæ, populoque Romano debet eſſe, tum vero optimo & nobiliſſimo cuique meam orationem gratiſſimam eſſe oportet. Quòd ſi quis eſt, qui & ſe, & cauſam lædi putet, cum Chryſogonus vituperetur, is cauſam ignorat, ſe ipſum prope non nouit. Cauſa enim ſplendidior fiet, ſi nequiſſimo cuique reſiſtetur. Ille improbiſſimus Chryſogoni fautor, qui ſibi cum illo rationem communicatam putat, læditur, cum ab hoc ſplendore cauſæ ſeparatur. Verum hæc omnis oratio (vt iam antè dixi) mea eſt, qua me vti reſpublica & dolor meus, & iſtorum iniuria coegit. Sed Roſcius horum nihil indignum putat, neminem accuſat, nihil de ſuo patrimonio queritur: putat homo imperitus morum, agricola & ruſticus, iſta omnia, quæ vos per Syllam geſta eſſe dicitis, more, lege, iure gentium, facta. culpa liberatus, & crimine nefario ſolutus, cupit à vobis diſcedere. ſi hac indigna ſuſpicione careat, animo æquo ſe carere ſuis omnibus cõmodis dicit. rogat oratque te Chryſogone, ſi nihil de patris fortunis ampliſſimis in ſuam rem conuertit, ſi nulla in re te fraudauit, ſi

Experrecta nobilitas.

tibi optima fide ſua omnia conceſſit, adnumerauit, appendit, ſi veſtitum, quo ipſe tȩctus erat, annulúmque dedit, os ſuum tibi tradidit: ſi ex omnibus rebus ſe ipſum nudum, neque prȩterea quicquàm excepit, vt ſibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egeſtate degere. Prædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia viuo, concedo: & ꝙ animus æquus eſt, & quia neceſſe eſt, mea domus tibi patet, mihi clauſa eſt fero.

Ad perniciem innocentis) id eſt ad dāſnationem Roſcij. Experrecta nobilitas) quȩ ante ciuilem diſſenſionem quodammodo ſopita videbatur, quod de iure eius tam multa plebeij & equites vſurparent. Aut quæ ante Syllæ reditum marianis tam fortiter non reſiſtebat. Qui hoc maluerim) vt vinceret nobilitas. Meam orationem) id eſt hanc defenſionem, & potiſſimum partem hanc qua Chryſogonum inſector. Grauiſſimam) Alijs in codicibus lego gratiſſimā, quæ lectio magis placet. Cauſam) nobilitatis. Vt iam ante dixi) Id enim ante dixit. Verum quæ a vobis Iudices, vt hæc pauca quæ reſtant, ita audiatis, vt partim me dicere pro me ipſo putetis, partim pro Sexto Roſcio. Reſpub. & dolor meus) Antea dixit, Quȩ mihi ipſi indigna & intolerabilia videntur, quȩq; ad omnes, niſi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro me ipſo, & animi mei ſenſu ac dolore pronuncio. Iſtorum iniuria) quam iſti T. Roſcij & Chryſogonus faciūt. Sed Roſcius. Quamuis antea pollicitus ſit hæc ſe dicturum pro Sexto Roſcio. Ea tamen concluſio eſt huius orationis per commiſerationem. Mouet enim affectus iudicibus ab inhumana Chryſogoni crudelitate, & a Sexti Roſcij imperitia, fortuna acerba, & aduerſarum rerum æquo animo patientia, modo parricidij ſuſpitione Iudicum ſententia liberetur. Vos) accuſatores. Culpa liberatus) id eſt abſolutus. Rogat oratque te Chryſogone) Aquila Romanus de Apoſtrophe ſcribens hoc Ciceronis exemplo vtitur. Si nulla in re te fraudauit) id eſt ſi in re nulla te decepit, ſi tibi omnia ſua bona tradidit. Hoc in loco attende fraudare in re iuſta & honeſta dici. Iure enim & honeſte Roſcius aliqua ex bonis ſuis retinere poterat. Id ſi feciſſet, Chryſogonum fraudaſſet. Optima fide) id eſt fideliſſime. Adnumerauit appendit) Pecunia partim numerabatur partim pēdebatur. Os ſuum, id eſt oris & vultus imaginem in annulo expreſſam. Prædia mea tu poſſides) Illud in oratione vim habet maximam, vt orator litigatoris voce vtatur. Ea autem proſopopeia eſt, quam ad miſerationem commouendam valere Quintilianus libro ſexto ſcribit. Animus æquus eſt) id eſt id æquo animo fero.

Fraudare in re honeſta dicitur.

Familia mea maxima vteris, ego ſeruum habeo nullum: patior, & ferendum puto. Quid vis amplius? quid inſequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem lædi à me putas? vbi tuis commodis officio? quid tibi obſto? Si ſpoliorum cauſa vis hominem occidere, ſpoliaſti. Quid quæris amplius? Si inimicitiarum: quæ ſunt tibi inimicitiæ cum eo, cuius antea prædia poſſediſti, quàm ipſum cognoſti? Sin metuis: ab eo ne aliquid metuis, quem vides ipſum ab ſeſe tam atrocem iniuriam propulſare non poſſe? Sin quòd bona, quæ Roſcii fuerunt, tua facta ſunt, idcirco hunc illius filium ſtudes perdere, nonne oſtendis id te vereri. quod præter cæteros tu metuere non debeas, nequãdo liberis proſcriptorum bona patria reddantur? Facis iniuriam Chryſogone, ſi maiorem ſpem emptionis tuæ, in huius exitio ponis, quàm in his rebus quas L. Sylla geſſit. Quòd ſi tibi cauſa nulla eſt cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis: ſi tibi omnia ſua præter animam tradidit, nec ſibi quicquàm paternum, ne monumenti quidem cauſa reſeruauit: per deos immortales quæ iſta tanta crudelitas eſt? quæ tam fera immaniſque natura? Quis vnquàm prædo fuit tam nefarius? quis pirata tam barbarus? vt cum integram prædam ſine ſanguine habere poſſet, cruenta ſpolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil poſſe, nihil vnquàm contra rem tuam cogitaſſe: & tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes, neque odiſſe debes, nec quicquàm habere iam reliqui vides, quod ei detrahere poſſis. niſi hoc indignum putas, quòd veſtitum ſedere in iudicio vides, quem tu è patrimonio tanquàm è naufragio nudum expuliſti.

Quaſi vero neſcias hunc & alí & veſtiri à Cæcília Balearici filia, Nepotis ſorore, ſpectatiſſima fœmina: quæ cum patrem clariſſimum, ampliſſimos patruos, ornatiſſimum fratrem haberet, tamen, cum eſſet mulier, virtute perfecit, vt quanto honore ipſa ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta ex ſua laude redderet. An quòd diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede, ſi pro patris eius hoſpitiis, & gratia vellent omnes huius hoſpites adeſſe, & auderent libere defendere, ſatis copioſe defenderetur. Cæcilia.

Familia mea) id eſt meis ſeruis. Ab eo ne aliquid metuis) Vt in Andria Terentij, Metui a Chryſide. De hoc dicendi genere ante diximus. Præter cæteros) bonorum emptores. Preter animam) id eſt vitam. Neque metuere) quia nihil audet. Neque odiſſe) quia nihil poteſt. A Cæcilia Balearis filia) Balearici fortaſſe non Balearis legendum ſit. Authore Aſconio Pædiano in orationem pro Cornelio de maieſtate Q. Metellus Nepos Balearici filius fuit. Huius Metelli Nepotis filius eodem nomine appellatus eſt. Is & Metellus Celer nihil in cauſis verſati, nec ſine ingenio, nec indocti populare dicendi genus aſſecuti erant, vt ait Cicero de Claris oratoribus. Licet hoc loco conijcere Q. Metellum Nepotem Balearici filium Balearicum quoque appellatum eſſe, aut in narratione legendum eſſe, ſeſe ad Cæciliam Nepotis ſororem &c. quamuis in exemplis omnibus ſcriptum inueniam Nepotis filiam. Spectatiſſima) id eſt optima & probatiſſima. Vt M. Fonteij matrem Cicero lectiſſimam fœminam appellat. Patrem clariſſimum &c) Multi ex Metellorum familia fuerunt viri clariſſimi, qui ex deuictis a ſe nationibus nomina acceperunt, vt Macedonicus, Numidicus, Balearicus, Creticus, Dalmaticus. Quum C. Verris cauſa ageretur, tres Metelli fratres erant, quorum vnus Conſul, alij duo Prætores eodem anno fuerunt. Vt eſt apud Ciceronem in accuſatione Verris. Quum eſſet mulier) Mulieris enim quàm viri minor virtus eſt. Itaque Cæciliæ magna laus eſt. Virtute) id eſt animi magnitudine. Ex illorum) patruorum & fratris. Omnes huius hoſpites) Vt Metelli, Seruilij, Scipiones. Satis copioſe) id eſt a ſatis multis. Nam vt multos rei accuſatores, ita defenſores eſſe licebat. Spectatiſſima mulier & lectiſſima.

Sín autem pro magnítudíne íniuriæ, pro eóque, quòd ſumma Reípublíce ín huíus períeulo tentatur, hæc omnes víndícarent, confiſtere mehercule vobís íſto ín loco non líceret. Nunc íta defendítur, non ſane vt moleſte ferre aduerſarií debeant, neque vt ſe potentía ſuperarí putent. Quæ domí gerenda ſunt, ea per Cæcílíam tranſíguntur: forí iudíciíque rationem Meſſala, vt videtis Iudíces, ſuſcepit: quí ſi íam ſatís ætatís atque roborís haberet, ípſe pro Sexto Roſcío díceret. Quoníam ad dícendum ímpedímento eſt ætas, & pudor, quí ornat ætatem, cauſam míhí tradídít, quem ſua cauſa cupere, ac debere íntellígebat. Ipſe aſſíduítate, conſílío, auctorítate, dílígentía perfecít, vt Sextí Roſcíí víta erepta de manibus ſectorum, ſententíís íudícum permítteretur. Nímírum Iudíces pro hac nobílítate pars maxíma cíuítatís ín armís fuít: hæc acta res eſt, vtí nobíles reſtítuerentur ín cíuítatem: quí hoc facerent, quod facere Meſſalam vídetís: quí caput ínnocentís defenderent: quí íníuríæ reſiſterent: quí quantum poſſent, ín ſalute alteríus, quàm ín exítío mallent oſtendere. Quod ſi omnes quí eodem loco natí ſunt, facerent, & Reſpub. ex íllís, & ípſi ex ínuídía mínus laborarent. Verum ſi à Chryſogono Iudíces non ímpetramus, vt pecunía noſtra contentus ſit, vítam ne petat: ſi ílle adducí non poteſt, vt cum ademerít nobís omnía, quæ noſtra erant propría, ne lucem quoquè hanc, quæ communís eſt, erípere cupíat: ſi non ſatís habet auarítíam ſuam pecunía explere.

Laborarẽt ex ínuídía.

Summa Reipub.&c.)id eſt hoc iudicium ad Rempub.pertinet.Nam ſi damnē-
tur Roſcius, proſcriptorum aliorum liberi in iudicium vocabuntur. Vobis)id
eſt tibi & T.Roſcijs. Meſſala) De hoc Meſſala Cicero de Claris Oratoribus, M.
inquit,Meſſala minor natu quàm nos,nullo modo inops, ſed non minus orna- M.Meſſala.
tus genere verborum,prudens,acutus, minime incautus, patronus in cauſis co-
gnoſcendis componendiſq; diligens,magni laboris,multæ operę, multarumque
cauſarum. Adoleſcens autem Cicero hanc cauſam defendit, vt eſt apud A. Gel-
lium. Si iam ſatis ætatis) Authore Vlpiano libro Digeſtorum tertio de poſtu
lando Prætor puerum, id eſt eum qui annum ſeptimumdecimū in totum non
compleuit poſtulare prohibet.Quia moderatam hanc ætatē Prætor ratus eſt ad
procedendum in publicum. Roboris) in dicendo ſcilicet. Nā defendere laborio-
ſum magis eſt quàm accuſare. Aut roboris,id eſt roboratę & firmatę ætatis, quā
virilem appellant,de qua pro Cluentio ſcribimus. In qua ætate minus pudoris
eſt. Aetatem) id eſt pueritiam. Quem ſua cauſa cupere) In huius orationis
exordio amplius Cicero dicit de ijs,qui a ſe contenderunt, vt Roſcium defende-
ret. Sua cauſa)id eſt propter amicitiam beneficia & dignitatem ſuam. Pro hac
nobilitate) id eſt cauſa huius nobilitatis. Pars maxima ciuitatis) id eſt plebeij
& patricij in ciuili diſſenſione Syllæ & Marij. Hæc acta res eſt)victore Sylla.
Nobiles qui eiecti fuerant) quo tempore Sylla exercitum ductabat contra Mi-
thridatem. Qui)nobiles reſtituti. Quantum poſſent,id eſt quantam poteſta-
tem haberent.Ea autem vera ſinceraque nobilitas eſt,quę poteſtatem ſuam in iu
uandis hominibus non in lędendis & opprimendis oſtendit.Hac ratione ad diui
nam naturam accedere ſe propius oſtendit. Alijs enim prodeſſe diuinū eſt. Hinc
ethnici Iouem & Iunonem a iuuando appellauerunt. Iiq; deos inferos eſſe puta
uerunt qui ſoli nocerēt. Inde illud antiquum prouerbium eſt,Homo eſt homini
deus. Deus eſt mortali iuuare mortalē, Plinius ſcribit. Nolim dicere, quamuis
hic locus admoneat,nonnullos eſſe nobiles hac ætate, qui aliorum exitio potius
quàm ſalute nobilitatem ſuam oſtentare cupiant. Eodem loco)id eſt eodem ge-
nere,id eſt qui ſunt nobiles. Ex illis)nobilibus. Pecunia noſtra)id eſt bonis no
ſtris omnibus. Propria)Vulgus diceret proprietaria. Quę communis eſt) Hæc
autem lux communis eſt,non modo hominum, ſed etiam belluarum. Auari- Explere
tiam ſuam explere)id eſt ſatiare mitigare ſedare.In hoc enim verbo explere par- odiū famē
ticula ex habet vim complendi ſignificationem. Vt pro P.Sylla,Te ipſum iam libidinē &c.
Torquate expletum huius miſerijs pateat. Hinc dicit Cicero explere animos
inuidorum,odium,famem, libidinem. In oratione pro domo ſua, Expleui ani-
mos inuidorum, placaui odia improborum, ſaturaui etiam perfidiam & ſcelus
perditorum. Pro Milone, Quum ſanguine inimici expleſſet odium ſuum.
In Vatinium, Ex epulo magnificentiſſimo famem illam veterem tuam non
expleras. Pro domo ſua, Neque porro illa manus copiæque Catilinæ cæmen-
tis ac tegulis meorum tectorum ſe famem ſuam expleturas putauerunt. Pro

M. Cælio, Cum hac ſi quis adoleſcens forte fuerit, vtrum hic tibi L. Herenni adulter an amator? expugnare pudicitiam an explere libidinem voluiſſe videatur? Satiare & ſaturare ſimiliter dici alio loco ſcribemus.

Actum eſt · **Imperatorum i acie mos.** · **Conſilium publicum**

Niſi etiam crudelitate ſanguinis prædictus ſit: vnum perfugium Iudices, vna ſpes reliqua eſt Sexto Roſcio, eademque Reipublicæ veſtra priſtina bonitas, & miſericordia: quæ ſi manet, ſalui etiam nunc eſſe poſſumus. Sin ea crudelitas, quæ hoc tempore in Republica verſata eſt, veſtros quoque animos (id quod fieri profecto non poteſt) duriores acerbioreſque reddidit, actum eſt Iudices, inter feras ſatius eſt ætatem degere, quàm in hac tanta immanitate verſari. Ad eám ne rem vos reſeruati eſtis? ad eám ne rem delecti? vt eos condemnaretis, quos ſectores, ac ſicarii iugulare non potuiſſent? Solent hoc boni Imperatores facere, cum prælium committunt, vt in eo loco, quo fugam hoſtium fore arbitrentur, milites collocent: in quos, ſi qui ex acie fugerint, de improuiſo incidant. Nimirum ſimiliter arbitrantur iſti bonorum emptores, vos hic tales viros ſedere, qui excipiatis eos, qui de ſuis manibus effugerint. Dii prohibeant Iudices, vt hoc, quod maiores conſilium publicum vocari voluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur.

Præditus crudelitate

Crudelitate prędditus) Quòd prędditus in bona re dicatur ſæpius nemo dubitat. Vt autem in re mala nonnunquam dici intelligas, aliquot Ciceronis exempla aſcripſimus. Ex orationibus, Pro Q. Roſcio, Proh dij immortales, eſſé ne quenquam tanta audacia præditum. Diuinatione, Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere præditus. Actione in Verrem quinta, Quæ tua donatio ſingulari impudentia prędita noua Siculis omnibus, mihi vero incredibilis videbatur. Pro L. Flacco, Antequam dico a quibus, qua ſpe, qua vi, qua re concitatis, qua leuitate, qua egeſtate, qua perfidia, qua audacia prędditis, dicam de genere vniuerſo, & de conditione omnium noſtrum, Eadem quæ Reipub.) Nam

Reip. cauſam cum hac Roſcij cauſa coniungit. Quę hoc tempore)In hac cru
deli proſcriptione Syllæ. Veſtros quoq; animos)Vſu venire ſolet,vt qui natura Conſuetu-
ſunt lenes & miſericordes, earum rerum quæ lenitati & miſericordię contrariæ dinis vis.
ſunt,aſſiduitate,naturam mutent. Vt poſtea dicit Cicero, Vt videre licet Iudices
primum in reos miſericordes, deinde conſuetudine factos ſeueriores. Actum
eſt) Prouerbialis ſententia eſt, qua deſperatio ſignificatur. Ea comici ſæpe vtun-
tur. Reſeruati)a fortuna,vt arbitror, ꝙ cũ nobilibus alijs ab aduerſarijs occiſi
non eſtis. Delecti) Iudices ſcilicet. Iudicum enim primum delectus fiebat,dein-
de ſortitio, vt alio loco diximus amplius. Committunt) id eſt incipiunt. Vt Cõmittere
pro Milone, Ante ipſam, inquam, Bonam deam quum prælium commiſiſſet,
primum illud vulnus acceperit, quo teterrimam mortem obiret. Committere
enim vt ait Sextus Pompeius proprie eſt ſimul mittere. Nunc eo vtimur &
pro facere, & pro delinquere, & pro incipere. Nonio quoque Marcello,authore
committere initiare eſt, id eſt incipere. Virgilius libro Aeneidos quinto, Et tu-
ba commiſſos medio canit aggere ludos. Varro Endymionibus, Diſcumbimus
multitudo, minus mature cœnam committitis. De improuiſo) Vt de repen- De impro-
te & repente, ita de improuiſo & improuiſo pro eodem dicimus. Cicero libro uiſo & im-
Epiſtolarum ad Atticum decimoquinto. Etiam illud, quid eſt quod non perti- prouiſo.
meſcendum ſit? quum hominem temperantem, ſummum medicum tantus
improuiſo morbus oppreſſerit? Idem libro de Officijs ſecundo, Quumque ty-
rannum Methodeum improuiſo oppreſſiſſet, ſexcentos exules, qui locupletiſ-
ſimi fuerant eius ciuitatis, reſtituit. Idem pro L. Murena, Tempeſtates ſæpe cer-
to aliquo cæli ſigno commouentur, ſæpe improuiſo nulla ex certa ratione, ob-
ſcura aliqua ex cauſa concitantur. Iſti bonorum emptores) Hos modo bono-
rum emptores, modo ſectores appellat. Sedere) id eſt Iudices eſſe. Excipiatis) Excipere.
id eſt recipiatis & interficiatis. Vt excipere feram dicimus. Authore Nonio Mar-
cello excipere eſt opprimere vel circumuenire. Virgilius libro Aeneidos ſecundo,
Et ſcelerum furijs agitatus Oreſtes Excipit incautum. M. Tullius ad Pom-
peium libro quarto, Admoniti ſumus, vt caueremus,ne exciperemur a Cæſare.
Conſilium publicum) Senatum intelligit. Ex quo ſolum erant tum Iudi-
ces. Equitibus enim) vt diximus, iudicandi poteſtatem Sylla ademit, quam
ſolis Senatoribus permiſit. Hoc autem loco Iudices Cicero ita afficit, vt verean-
tur crudelitatis nomen niſi Sex. Roſcium abſoluant.

An vero Iudices vos non intelligitis nihil aliud agi,niſi vt proſcriptorum liberi quauis ratione tollantur? & eius rei initium in veſtro iureiurando,atque in Sexti Roſcii pericu-

lo quæri? Dubium eſt ad quem maleficium pertineat, cum videatis ex altera parte ſectorem, inimicum, ſicarium, eundémque accuſatorem hoc tempore: ex altera parte egentem, probatum ſuis, filium, in quo non modo culpa nulla, ſed ne ſuſpitio quidem potuit cõſiſtere? Nunquid hic aliud videtis obſtare Roſcio, niſi quòd patris bona venierunt? Quòd ſi id vos ſuſcipitis, & eadem in re operam veſtram profitemini: ſi idcirco ſedetis, vt ad vos adducantur eorum liberi, quorum bona vænierunt: cauete per deos immortales Iudices, ne noua, & multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur. Illam priorem, quæ facta eſt in eos, qui arma capere potuerunt, tamen Senatus ſuſcipere noluit, ne quid acrius quàm more maiorum comparatum eſt, publico conſilio factum videretur. Hanc verò quæ ad eorum liberos, atque ad infantium puerorum incunabula pertinet, niſi hoc iudicio à vobis reiicitis, & aſpernamini, videte per deos immortales, quem in locum Rempub. peruenturam putetis. Homines ſapientes, & iſta auctoritate & poteſtate præditos, qua vos eſtis, ex quibus rebus maxime Reſpub. laborat, iis maxime mederi conuenit. Veſtrum nemo eſt, quin intelligat populum Romanum, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. Hanc tollite ex ciuitate Iudices, hanc pati nolite diutius in hac Repub. verſari, quæ non modo id habet in ſe mali, quòd tot ciues atrociſſime ſuſtulit, verum etiam hominibus leniſſimis ademit miſericordiam conſuetudine incommodorum. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus: etiã qui natura mitiſſimi ſumus,

aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Deeſt aliquid.

Nihil aliud agi) Alijs in locis ſæpe diximus, Ciceronem ſolitum eſſe oſtendere quam tulerint ſententiam Iudices, non ad reum ſolum pertinere, ſed ad alios, vel ad Iudices ipſos, vel ad Rempub. Quauis ratione) aut per ſectores, aut per vos Iudices. In veſtro iureiurando) id eſt in veſtra ſententia. Dubium eſt) Initium concluſionis hoc loco eſſe poſſit, quæ ſit per enumerationem. Ex altera parte) id eſt in ſubſellijs accuſatorũ. Sectorẽ) T. Roſciũ Magnũ. Ex altera parte) id eſt ex dextra Iudicũ parte. In ea enim reũ ſedere mos erat, vt meliores magiſq; propitios haberet Iudices. Naturalis enim fauor eſt pro laborantibus, niſi calamitate digni ſint. Probatum ſuis) Amerinis. Cõſiſtere) .i. exiſtere & apparere etiam accuſatione Erucij. Suſcipitis) id eſt approbatis. Id autem approbatis, ſi Roſcium damnatis. Paulo poſt dicit, Senatus ſuſcipere noluit. Profitemini) id eſt pollicemini. Qui arma capere potuerunt) per ętatem ſcilicet .i. qui iuuenes aduerſarij, vel in præſidijs aduerſariorum fuerunt. Infantium puerorum) Vt in libro de Oratore ſecundo, Ego autem, ſi quem nunc plane rudem inſtitui ad dicendum velim, his potius tradam aſſiduis vno opere eandem incudem diẽ noctemq; fundentibus, qui omnes tenuiſſimas particulas, atq; omnia minima manſa, vt aiunt nutrices, infantibus pueris in os inſerant. Ex quibus rebus) Ordo eſt. Conuenit homines ſapientes mederi ijs rebus, quibus ex rebus Reſpub. laborat. Quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur) Qui proprio nomine perduellis erat, is hoſtis vocabatur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. Hoſtis enim apud Romanos veteres is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, vt eſt apud Ciceronem in libro de Officijs primo. Domeſtica crudelitate) id eſt ciuili, quæ ſcilicet fuit in ciuili diſſenſione, & in Syllæ ꝓſcriptione. Crudelitate laborare) Laborare crudelitate & laborare ex crudelitate, hocq; poſterius dici ſępius, id quod alibi ſcripſimus, ex hac oratione cognoſcere licet. Aſſiduitate moleſtiarum) id eſt incommodorum conſuetudine Senſum omnem humanitatis) id eſt omnem humanitatem, quam in nobis natura ſentimus. Amittimus) id eſt ablegamus, & eijcimus. Amittere pro dimittere Romanos veteres dixiſſe Donatus ſcribit. Ad finem orationis huius aliquid deeſſe dubium non eſt, quod, vt alia multa temporis iniuria interciderit.

Infantes pueri.

Amittere.

Finis ad Calendas Septemb. 1530.

Sub prelo Iodoci Badii Aſcenſii, cui rogatu D. Syluii ſequens conceſſum eſt priuilegium.

Cautum eſt auctoritate ſubregia, ne quiſq̃ commentarios Franciſci Syluii Ambiani hos in orationem M. Tullii Ciceronis pro Sex. Roſcio poſt primam hanc impreſſionem rurſus in ampliſſimo Francorum regno imprimere audeat, aut aliubi impreſſos in dicto regno venundare, aut quouis pacto diſtrahere, ſub pœna confiſcationis librorum impreſſorum & arbitraria, pręter eum cui imprimendos mandauit. Mandauit autem hos & plures alios Iodoco Badio Aſcenſio: tradito illi diplomate ſignato manu C.V. Pariſieñ. Præfecti.

De la Barre.